THE TRADITION OF THE LATIN ACCENT

A DISSERTATION SUBMITTED TO THE FACULTY
OF THE UNIVERSITY OF VIRGINIA

BY
JAMES S. McLEMORE

IN PARTIAL FULFILLMENT OF THE REQUIREMENTS FOR THE
DEGREE OF DOCTOR OF PHILOSOPHY

UNIVERSITY OF VIRGINIA
[illegible]

THE TRADITION OF THE LATIN ACCENT

A DISSERTATION SUBMITTED TO THE FACULTY
OF THE UNIVERSITY OF VIRGINIA

BY
JAMES S. McLEMORE

ULFILLMENT OF THE REQUIREMENTS FOR THE
EGREE OF DOCTOR OF PHILOSOPHY

UNIVERSITY OF VIRGINIA
JUNE, 1917

PATRI
ET
MAGISTRO

WORKS CITED WITH ABBREVIATIONS.

AHLBERG: Ahlberg, A. W., Studia de Accentu Latino, Lund, 1905.

ANECD. HELVET.: Anecdota Helvetica Quae ad Grammaticam Latinam Spectant ex Bibliothecis Turicensi Einsidlensi Bernensi Collecta. Edidit Hermannus Hagen. Leipzig, 1870.

CORSSEN: Corssen, W., Über Aussprache, Vokalismus und Betonung der Lateinischen Sprache. 2nd ed. 2nd v. Leipzig, 1870.

ENDL.: Analecta Grammatica Maximam Partem Anecdota Ediderunt Iosephus ab Eichenfeld et Stephanus Endlicher, Vienna, 1837.

EYSS.: Martianus Capella. Franciscus Eyssenhardt Recensuit. Leipzig, 1866.

FITZHUGH, L. S.: FitzHugh, T., The Literary Saturnian, Part II. University of Virginia, 1910.

FITZHUGH, I. R.: FitzHugh, T., Indoeuropean Rhythm. University of Virginia, 1912.

GAISF.: Gaisford, T., Scriptores Latini Rei Metricae. Oxford, 1837.

GILES: Giles, P., A Short Manual of Comparative Philology. 2nd ed. London and New York, 1901.

G—S: M. Terenti Varronis de Lingua Latina Quae Supersunt. Recensuerunt Georgius Goetz et Fridericus Schoell. Leipzig, 1910.

K: Keil, H., Grammatici Latini, Leipzig, 1857–1880.

KEIL. IND. SCHOL. HAL.: Index Scholarum in Universitate Litteraria Fridericiana Halensi cum Vitebergensi Consociata per Aestatem Anni MDCCCLXXV etc. 1875.

LINDSAY: Lindsay, W. M., The Latin Language. An Historical Account of Latin Sounds, Stems, and Flexions. Oxford, 1894.

L: Lindsay, W. M., Isidori Etymologiae. Oxford, 1911.

M: Sexti Pompei Festi de Verborum Significatione Quae Supersunt cum Pauli Epitome Emendata et Annotata a Carolo Odofredo Muellero. New ed. Leipzig, 1880.

MAI. CLASS. AUCT.: Mai, A., cardinal, Classicorum Auctorum e Vaticanis Codicibus Editorum Tom. I–X. Rome, 1828–38.

P: Putschius, H., Grammaticae Latinae Auctores Antiqui. Hanau, 1605.

SCHOELL: De Accentu Linguae Latinae *in* Acta Societatis Philologae Lipsiensis, Tom. VI. Leipzig, 1876.

STÜVE: Olympiodori in Aristotelis Meteora Commentarii Consilio et Auctoritate Academiae Litterarum Regiae Borussicae. Edidit Guilelmus Stüve. Berlin, 1900.

TAPA: Transactions of the American Philological Association.

THE TRADITION OF THE LATIN ACCENT

I. Sources

In this investigation into the tradition of the Latin accent, I shall attempt to present the sources in chronological order, so far as this can be determined. As a truth fundamental for the establishment of this order, cf. Schoell p. 4, line 21: "Quare ut Cratetem Romanos ad studia grammatica compulisse scimus, ita Tyrannionem eis hanc eorum partem aperuisse crediderim, illum autem 'oratoris' Ciceroniani locum primum omnium de accentu latino testimonium esse: id quod non modo ad doctrinae historiam, sed ad ipsam doctrinam pernoscendam aliquid valere videbimus."

Orator XVIII, 58. Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem nec una plus nec a postrema syllaba citra tertiam (B. C. 46). **Cicero: 106–43 B. C.**

Philologists have established the fact that this was not only not a law of nature, but that it was not true for Greek or Latin in the pre-historic period of the languages, and I am inclined to think it was not a law which governed the accentuation of Latin in the historic period. Cf. Giles, §267: "The changes in the Greek accent seem to have been brought about by the development of a secondary accent which, in words whose last syllable was long, never receded farther from the end of the word than the penultimate, and in no case farther than the third syllable . . . . If this new accent chanced to agree in position with the old accent inherited from the Indo-Germanic period, no change took place. If the old accent, which, *being absolutely free, could stand on any syllable*, was nearer the end of the word than this new secondary accent, the old accent might remain or the new accent might take its place." But it is true that in the *historic* period of the Greek language the accent never receded 'a postrema syllaba citra tertiam.' And, as it was true in Greek, why should not Cicero be prevailed upon to think that it was true in Latin?

But it was not true in Latin; cf. Giles, §272: "In the changes which Latin accent has undergone since abandoning the original Indo-Germanic system of accentuation, two stages are observable. (a) The first change, ... , was to a system in which the first syllable of the word bore in all cases a stress accent. In Latin this system had given way before the historical era to (b) the system which continued to prevail throughout

the classical period." He then gives the three-syllable law as the system which prevailed throughout this period.

The statement of Cicero, then, ... nec a postrema syllaba citra tertiam., is not true for the pre-historic period. In this Giles and scholars in general agree. Nor is it true for the historic period, since, according to FitzHugh's Tripudic Theory, the first syllable of every Latin word receives a powerful stress. By this theory he explains such phenomena as the so-called vowel-weakening, while "hellenizing pragmatism invents its theory of the 'pre-historic initial accent,' because it had to explain 'vowel-weakening' under the 'historical' accent."—The Literary Saturnian, Part II, p. 102.

And Cicero was one of these hellenizing pragmatists. The letter ad Atticum XII, 6 implies that some new accentual theory 'tenuis *θεωρία*' was under consideration, and that Cicero was heartily in favor of it. This theory was none other than that introduced into Rome by the Greek grammarian, Tyrannio Amisemus. In the part of this letter which refers to Tyrannio and the book *περὶ προσῳδιων*, there is a sort of mysterious tone. But when we read between the lines, as it were, we are driven to the conclusion that this new theory was the accentual theory of the Greeks, and that Cicero and Atticus were making an agreement to accept it and thrust it upon the Romans if they could.

Some nomenclature was necessary by which to expound this new theory, and this was obtained by translating into Latin the terms which the Greeks applied to their own musical accent. Cicero rendered *ὀξεῖα προσῳδία*, high or sharp *musical* tone, by *acuta vox*; cf. Corssen, II, 798. And in a passage of the De Oratore,[1] where he is discussing the musical tones by which the orator may make his speech agreeable to the ear, may we not conclude that he is tacitly giving instruction and proposing terms suitable for applying this Greek accentual theory, with which he was so much delighted, to the Romans?

To state briefly, then, the influence of Cicero upon our accentual tradition, the evidence seems to show that, in this critical initial period, we have the germ, so to speak, of an accentual fiction that has affected the tradition from this day to our own. See FitzHugh, L. S., pp. 38–48.

Nigidius Figulus: praetor 58 B. C., died 45 B. C.

Nigidius Figulus apud Gellium N. A. XIII, 26 (25).

P. Nigidii verba sunt ex commentariorum grammaticorum vicesimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium praecellentis: *Deinde*, inquit, *voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum*

[1] III, 61, 227.

interrogandi sint an vocandi? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tonost quam prima, deinde novissima deicitur; at in casu vocandi summo tonost prima, deinde gradatim descendunt. Sic quidem Nigidius dici praecipit. Sed si quis nunc Valerium appellans in casu vocandi secundum id praeceptum Nigidii acuerit primam, non aberit, quin rideatur. 'Summum' autem 'tonum' προσῳδίαν acutam dicit et, quem accentum nos dicimus, 'voculationem' appellat. This fragment of Nigidius Figulus seems to be a protest against the introduction of the Greek accentual theory into Rome. His doctrine that every syllable has a stress is directly opposed to that of Cicero, but is in perfect accord with the tripudic theory. It is natural that in the *casus vocandi* there should be a strong stress on the first syllable. Fortunately, Aulus Gellius has preserved this fragment to us, although he does not agree with the doctrine it teaches. For further observations on Nigidius Figulus, see FitzHugh, I. R., p. 103.

M. Terentius Varro: 116–27 B. C.

Varro apud Augustinum de Dial. p. 236, 28 G—S. Verbum est unius cuiusque rei signum quod ab audiente possit intellegi a loquente prolatum. Res est quicquid vel sentitur vel intellegitur vel latet. Signum est quod et se ipsum sensui et praeter se aliquid animo ostendit. Loqui est articulata voce signum dare: articulatam autem dico quae comprehendi litteris potest. . . . . Omne verbum sonat: cum enim est in scripto, non verbum, sed verbi signum est. . . . . Sed quod sonat, nihil ad dialecticam: de sono enim verbi agitur, cum quaeritur vel animadvertitur qualiter vocalium vel dispositione leniatur vel concursione dehiscat, item consonantium vel interpositione nodetur vel congestione asperetur et quot vel qualibus syllabus constet, ubi poeticus rhythmus accentusque a grammaticis solarum aurium tractantur negotia.

This passage seems to show that Varro has not yet heard of or at least is not yet influenced by the movement to thrust the Greek accentual theory upon the Romans. His other writings on accent show a decided dialectical tendency. From the expression 'poeticus rhythmus accentusque,' it seems reasonable to conclude that there is a very close connection between rhythm and accent.

P. 218, 6 G—S. = Varro apud Gellium N. A. XVIII, 12, 8. Varro libris, quos ad Marcellum de lingua Latina fecit: *in priore verbo graves prosodiae quae fuerunt manent, reliquae mutant; mutant* inquit elegantissime pro *mutantur.*

P. 218, 8G—S. = Varro apud Martianum Cap. III p. 67, 25 Eyss. Mutant accentus adiunctis vocibus *que ve ne,* cum tamen complexiva coniunctio est *que, ve* cum expletiva, ut 'Latiúmque augescere vultis' et 'stimulóve meum cor' apud Accium in Pelopidis. (Numquam migrabit acutus sonus

de primis syllabis in postremas, praeter particulas coniunctas, quarum hoc proprium est acuere partes extremas vocum quibus adiunguntur.) It is note-worthy that, although his rule seems to apply to all words, he cites no such example as

´ ◡̀ ◡̀
Musaque

For other passages of Varro and the discussion of his relation to the accentual fiction mentioned under Cicero, see FitzHugh, L. S. pp. 39–46, where we have a full explanation of the mode by which the Greek musical theory was grafted on to the native tripudic theory of the Romans.

Vitruvius: **c. 70 B. C. to after 16 B. C.**

De Archit. V, 3, 6; 7.

Vox autem est spiritus fluens aeris, tactu sensibilis auditu. . . . . vox et in latitudine progreditur et altitudinem gradatim scandit.

De Archit. V, 4, 2. (ex Aristoxeni scripturis.)

Vox enim mutationibus cum flectitur alias fit acuta alias gravis, duobusque modis movetur, e quibus unus effectus habet continuatos alter distantes. Continuata vox neque in finitionibus consistit neque in loco ullo, efficitque terminationes non apparentes, intervalla autem media apparentia, uti sermone cum dicamus *sol*, *lux*, *flos*, *vox*. Nunc enim nec unde incipit nec ubi desinit intellegitur, nec quae ex acuta facta est gravis, ex gravi acuta, appàret auribus. Per distantiam autem e contrario. Namque cum flectitur, in mutatione vox statuit se in alicuius sonitus finitionem, deinde in alterius, et id ultro citro crebre faciendo inconstans apparet sensibus, uti in cantionibus, cum flectentes vocem varietatem facimus modulationis. Itaque intervallis ea cum versatur, et unde initium fecit et ubi desiit, apparet in sonorum patentibus finitionibus: mediana autem latentia intervallis obscurantur.

Rutilius Lupus: **coincident with the latter part of the life of Seneca.**

Rutilius Lupus II, 14.

Ὁμοτέλευτον. Hoc minus evidens est, quam superius (sc. *ὁμοιόπτωτον*) et minorem affert auribus incunditatem. Nam neque tam paria duo verba sunt, neque eundem habent casum et sonum vocis, quam Graeci prosodian appellant.

Quintus Remmius Palaemon: **fl. 35–70.**

Palaemon apud Charisium p. 189, 10 K. = Diomedes p. 407, 19 K. = Schoell CXLI[b].

Item ex praepositionibus, quae mutato accentu in adverbia recedunt, haec: *infrá*, *ínfra stat; suprá*, *súpra stat; extrá*, *éxtra stat; intrá*, *íntra sedebat; ultrá*, *últra non faciam; citrá*, *cítra discurrit; circá*, *círca equitat; iuxtá*, *íuxta facit*, id est *similiter; contrá*, *cóntra tendit; subtús*, *súbtus erat; corám*, *córam stetit*, id est *palam; anté*, *ánte venit; póst*, *póst sedet; propé*, *própe cecidit*, hoc

est *paene*; *usqué*, *úsque illum mulcavit*, hoc est *valde;* item *illo úsque cum venisset; supèr*, *súper stetit.* Et quamdiu sine casibus enuntiantur, adverbialiter eunt, receptis casibus in praepositiones.[1]

Palaemon apud Charisium p. 231, 3 K. = Schoell CXLI[a].

De praepositionibus Palaemon ita definit. . . . . Non nullae tam casui quam verbo praeponuntur, aliae tantum verbo, quaedam tantum casui. Aliae mutato accentu in adverbia accedunt.

Palaemon apud Charisium p. 231, 24 K. = Schoell CXLI[c].

Quaedam similiter ex universis mutato accentu in adverbia recedunt, quae etiam in adverbiis notavimus, et sunt *infrá*, *ínfra stat* . . . . *úsque illo cum venisset.* Et quamdiu sine casibus enuntiantur, adverbialiter eunt, receptis casibus in praepositiones.[1]

From these passages we learn that Palaemon puts an acute accent on the ultima of a preposition. Quintilian refutes this doctrine of his teacher. Cf. Inst. Or. I, 5, 25–29.

Palaemon apud Charisium p. 234, 16 K.

Item *ante illum*, *post illum*, *inter illum*, *penes illum:* hae praepositiones non numquam promiscue accipiuntur. Nam et postponi solent et accentum utique mutant, aliquando et casum, quale est *paucis ánte diebus*, item *paucos póst annos*, item '*arma ínter iuvenum*,' item *illum pénes*, ut sit *penès illum*, *antè paucos dies*, *intèr arma iuvenum.*

Palaemon apud Charisium p. 227, 30 K. = Diomedes p. 394, 1 K. = Dositheus p. 420, 26 K.

Item *ut* recipit finitiva acuto accentu elatum. Effertur autem, quotiens pro eo accipitur quod est *quo modo*, ut apud Ciceronem '*út sustinuit, immo vero út contempsit*' id est *quo modo.* Quotiens vero pro eo quod est ἵνα apud Graecos, recipit optativa, velut *ut faciam.* Non numquam tamen et acuto accentu elatum recipit subiunctiva, praeposito sane finitivo verbo, more quo supra formari relativa diximus, ut apud Vergilium

Infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas út opes et lamentabile regnum
Eruerint Danai.

Palaemon apud Charisium p. 228, 8 K. = Diomedes p. 394, 12 K.

Item *ne* acuto accentu imperativa, velut *né fac.* Quotiens vero gravi accentu pro eo quod est apud Graecos ἵνα μή accipitur, optativa recipit, ut apud Horatium

nè facias quod
Umidius quidam.

[1] In these passages Schoell's reading is given. See his foot-notes.

Non numquam vero, etiamsi acuto accentu efferatur, optativa quoque recipit, velut *né facias, né scribas*. Sed interest inter hoc et illud quod diximus *né fac*, quod hoc imperamus, superius suademus. Recipit quoque id ipsum acuto accentu elatum finitiva, quotiens εἰρωνικῶς accipimus pro eo quod est apud Graecos ναί, rei factae adfirmatio, quod est apud Ciceronem *'né illi vehementer errant.'* Quotiens vero rei dubiae et quasi condicionali aptatur, recipit et subiunctiva eodem accentu elatum, ut apud Ciceronem *'né tu Eruci accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses'*; hoc est *si esses natus, esses ridiculus*.

M. Valerius Probus: **fl. 54–68.** No attempt is here made to determine the authorship of the works that have come down to us under the name of Probus. Many scholars think that the Catholica Probi were written by Marius Plotius Sacerdos; and it is certain that the Instituta Artium were written either in the time of Diocletian, or after him. See Probus Inst. A. p. 119, 25 K.: "Sunt nomina, quae rem proprie communiterve significant: proprie, ut puta Roma Tiberis Diocletianae et cetera talia; communiter, ut puta urbs flumen thermae et cetera talia."

Servius ad Aen. III, 3.

Ceciditque superbum Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia] Sane quaeritur, quomodo dixerit *cecidit* et *fumat*. Sed aut per licentiam poeticam tempus pro tempore posuit, ut *meminisse horret luctuque refugit*, aut certe naturam rerum expressit. Nam ruiña fit (in) brevi, fumus vero longo permanet tempore. Nam quod ait Probus ad discernendum tempus circumflectendam ultimam syllabam, ut intellegamus fumavit, non procedit [quamvis accentus differentiae causa adhibetur, ut *pone* verbum nullum habet accentum] quia *poné* tantum [verbum] in ultima habet accentum, ut significet *retro*.

Annianus apud Gellium N. A. VI (VII), 7, 1–4.

Annianus poeta praeter ingenii amoenitates litterarum quoque veterum et rationum in litteris oppido quam peritus fuit et sermocinabatur mira quadam et scita suavitate. Is 'áffatim,' ut 'ádmodum,' prima acuta, non media, pronuntiabat atque ita veteres locutos censebat. Itaque se audiente Probum grammaticum hos versus in Plauti Cistellaria (v. 231) legisse dicit:

Pótine tu homo fácimus facere strénuum ? aliorum áffatim est, | Quí faciant; sane égo me nolo fórtem perhiberí virum, | causamque esse huic accentui dicebat, quod 'affatim' non essent duae partes orationis, sed utraque pars in unam vocem coaluisset, sicuti in eo quoque, quod 'exadversum' dicimus, secundam syllabam debere acui existimabat, quoniam una, non duae essent partes orationis; atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his versibus (Phorm. v. 88):

In quo haéc discebat lúdo exadversúm loco
Tostrína erat quaedam.

M. Valerius Probus apud Gellium N. A. IIII, 7.
Valerius Probus grammaticus inter suam aetatem praestanti scientia fuit. Is 'Hannibâlem' et 'Hasdrubâlem' et 'Hamilcârem' ita pronuntiabat, ut paenultimam circumflecteret, teste epistola eius scripta ad Marcellum, in qua Plautum et Ennium multosque alios veteres eo modo pronuntiasse affirmat, solius tamen Ennii versum unum ponit ex libro qui Scipio inscribitur. Eum versum quadrato numero factum subiecimus, in quo, nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexe promatur, numerus clausurus est. Versus Ennii quem dixit ita est:

Qua[que] propter Hannibalis copias considerat.

Probus, on the presumable basis of Punic usage, regarded these words as properispomena. But if he had noticed another verse of Ennius, he would have seen that Ennius admits 'Hannibal' with a short ultimate. See A. v. 381, p. 69 Vahl.:

Hannibal audaci cum pectore de me hortatur.

Probus Cath. p. 9, 12 K.
Sed quoniam multa Graeca vel barbara nomina reperiuntur generis masculini vel feminini (nam Latina exceptis supra positis et uno altero proprio, *hic Idmon Idmonis*, *o* et in nominativo et in genetivo correpta, alia non inveniuntur), observandum est ut tunc producamus Latine, si apud illos producuntur, ut *Sínon Sinônis*, *Rûbicon Rubicônis*, tunc corripiamus, si apud illos corripiuntur, ut *Mémnon Mémnonis*, *hic* et *haec Sáxon Sáxonis*, *hic Titan Pan*, *Titânis Pânis* vel *Titanós Panós*, ut Vergilius 'Panós de more Lycaei' sine alicuius declinationis ratione: nulla enim declinatio genetivo *nos* syllaba terminatur. Excipitur unum *tis* faciens genetivo, *Laócoon Laocoôntis*.

Probus Cath. p. 12, 14 K.
Omnia tamen nomina *or* syllaba pura terminata et cum alia consonante praeposita et iuncta in nominativo quidem corripiuntur, in genetivo vero, si fuerint appellativa, producuntur *orâtor oratôris*, *praecéptor praeceptôris*, exceptis quattuor, quae quamvis sint appellativa, tamen corripiuntur: *árbor árboris*, *mármor mármoris*, *aéquor aéquoris*, *hic* et *haec* et *hoc mémor mémoris*. *Actor* si appellativum fuerit veniens ab agendo, *o* producitur in genetivo *actôris;* si sit hominis nomen proprium, corripitur, sicut Vergilius 'Actoris Aurunci spolium.' Omnia enim propria *or* syllaba finita in gene-

tivo corripiuntur, ut *Nêstor Nêstoris*, *Hêctor Hêctoris*, *Câstor Câstoris*, et si qua talia. Quidam putant Vergilium contra rationem propriorum produxisse 'Herculis Antôrem comitem;' sed errant: nam *hic Antores* declinavit, non *Antor*, sicut *hic Diores*.

Probus Cath. p. 18, 5 K.

As pura terminata . . . . feminini generis si erunt, et ipsa tertiae sunt declinationis, sed *dis* terminabunt genetivum, ut Θυάς Θυάδος Thyadis, et omnia talia, quae contra rationem Latinitatis secundum Graecos ultima syllaba acuuntur, ut Thaumantiás Thaumantiádis. Nam si non acuerimus, erit nomen generis macsulini et faciet genetivum *ae* diphthongo terminatum primae declinationis, ut *Pelias Peliae* et *Thaumantias Thaumantiae*.

Probus Cath. p. 23, 5 K.

Las, (si vocalem ante habuerint vel aliam consonantem praeter *l*, primae erunt declinationis . . . .) si *l* habuerint, tertiae erunt declinationis; nam aut *dis* aut *tis* faciunt genetivo, ut *Pallas Palladis* vel *Pallantis*. Quidam putant tunc *t* debere dici, *Pallantis*, si nominativus *n* habuerit, tunc *Palladis*, si non habuerit *n* nominativus; sed errant. Nam nullum de his nominibus *n* habet. Sed differentia genetivi ab accentu nominativi cognoscitur: *Pâllas* in *Pal* habens acutum *Pallântis* facit, *Pallâs* in *las* habens acutum *Pallâdis* facit.

Probus Cath. p. 24, 14 K.

Mas . . . . Graeca indifferenter declinabuntur, et primae declinationis *ae* diphthongo terminato genetivo et tertiae *tis* terminato genetivo, *Mimas Mimae* vel *Mimantis*, *Garamas Garamae* vel *Garamantis*, *Athamas Athamae* vel *Athamantis;* in nominativo sine *n* littera, in ceteris casibus cum ea: sic *Pallas Pallantis*. Nam *mimâs* in *mas* acutum *dis* facit genetivo, *mimâs mimâdis*, et melius pereunte *s* littera de nominativo fit nomen Latinum primae declinationis *ae* genetivum terminans, *haec mima huius mimae*.

Probus Cath. p. 25, 15K.

Nas . . . . Graeca tertiae sunt acuto in novissima syllaba contra rationem Latinae linguae, sed *dis* facientia genetivo, *Maenâs Maenâdis*, nomen Bacchae: sic Persius et Horatius.

Probus Inst. A. p. 51, 21K.

Nomini accidunt qualitas genus figura comparatio ordo numerus casus accentus.

Probus Inst. A. p. 116, 22K.

Item in supra dicta forma quaeritur, *vitus*, cum dativum vel ablativum casum numeri pluralis similes cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singular s *e* ttera correpta terminantur, habere reperiatur, qua de causa in isdem supra dictis casibus ante ultimam syllabam non per *u* set

per *i* litteram pronuntietur scribi. Hac de causa, quoniam *vitus* non similes supra scriptos casus habere cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis *e* littera scilicet correpta terminantur, pronuntiatur, si quidem ab *hac vitu his* vel *ab his vitibus* presso accentu pronuntiatur, at vero *ab hac vite his* vel *ab his vitibus* acuto accentu tenuantur; et ideo *vitus* dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam syllabam per *i* tantum litteram pronuntiatur.

Probus Inst. A. p. 124, 29K.

Quaeritur *hoc torcular* an *hoc torculare* facere debeat. Sed quaecumque nomina generis neutri genetivo casu numeri singularis ante ultimam syllabam *a* litteram habent constitutam, si eandem *a* litteram producto accentu resonant, haec numquam nominativo casu numeri singularis *ar* litteris definiuntur, et ideo *hoc torculare* non *hoc torcular* facere pronuntiantur. Sane etiam hoc monemus, quod haec eadem nomina in eodem nominativo casu numeri singularis certa necessitate metri vel structurae et *ar* litteris permissa sint declinari.

Probus Inst. A. p. 127, 3K.

Quaeritur, qua de causa *Hannibâlis* *a* littera, quam habet ante ultimam syllabam, producto accentu pronuntietur. Hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis *al* litteris definiuntur, haec eandem *a* litteram, quam habent ante *l* ultimum constitutam, secundum rationem sonorum necesse est ut per omnes casus producant.

Probus Inst. A. p. 128, 35K.

Quaeritur, qua de causa *Bomĭlcaris* correpte et non producte pronuntietur. Hac de causa, quoniam quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis *ar* litteris definiuntur, haec eandem *a* litteram, quam habent ante *r* ultimum, per omnes casus corripiunt, ut puta *Caĕsar Caĕsaris;* sic utique et *Bomĭlcar Bomĭlcaris* correpto non producto accentu debeat pronuntiari.

From a comparison of the last two passages with M. Valerius Probus (apud Gellium N. A. IIII, 7.), we see that there is agreement with regard to nouns in *-al*. But there is a difference of opinion with regard to those in-*ar*—another evidence of the fact that this work was not written by M. Valerius Probus. See this passage above; also M. Valerius Probus, *ad init.*

Probus Inst. A. p. 145, 16K.

Ne, si subiungatur, erit coniunctio, ut apud Vergilium

mene incepto desistere victam;

si vero *ne* praeponatur, erit adverbium, ut apud Vergilium

ne credite, Teucri,
quidquid id est;

item *ne*, si gravem accentum habeat, erit coniunctio, ut puta

tantanè vos generis tenuit fiducia vestri;

si vero *ne* acutum accentum habeat, erit adverbium, ut puta

né credite, Teucri,
quidquid id est.

Probus Inst. A. p. 149, 27 K.

Item per accentum discernuntur praepositiones ab adverbiis: ut puta *ante*, si gravem accentum habeat, erit praepositio, ut apud Vergilium

Aeneae stetit ante pedes;

si vero *ante* acutum accentum habeat, erit adverbium, ut apud Vergilium

ánte et Trinacria lentandus remus in unda.

Probus Appendix p. 197, 7 K.

Nomina cum accentu producto: . . . . Heliodôrus, Theodôrus, . . . Polydôrus, Cloánthus, ... Euándrus, tyránnus, . . . grabâtum, lebêta, delûbrum, cratêra, umbilîcus, Seréstus, Sarpêdon, Adônis, ... Olýmpus, Cercôpes, Penéleus, Pasipháe, Casŷrus, Phlegéthon, Sibýlla praesagus, Camílla, Anthêa, Camíllus, Tritônis, Alcânor, Gulússa Agenoris. Nomina cum accentu correpto: Cástoris, Héctoris, rhétoris, Mnéstoris, Actoris Aurunci, Laudámia, Cálybe, báratrum, bárgina, pálanges, Próchyta, Pélias, as . . . . um, Garámantas, árbuta.

[Probus] De Ult. Syll. p. 254, 16 K. (De Praepositionibus).

Pone trochaeo constat: nam accentu solo ab adverbio discernitur, quoniam interdum in adverbium cadit, ut 'pone subit coniunx.'

Quintilianus Inst. Or. I, 5, 22–24.

M. Fabius Quintilianus: c. 35 to c. 96.

Adhuc difficilior observatio est per *tenores* (quos quidem ab antiquis dictos *tonores* comperi, videlicet declinato a Graecis verbo, qui *τόνους* dicunt) vel *accentus*, quas Graeci *προσῳδίας* vocant, cum acuta et gravis alia pro alia ponuntur, ut in hoc 'Cámillus,' si acuitur prima, aut gravis pro flexa, ut 'Céthegus,' et hic prima acuta (nam sic media mutatur): aut flexa pro gravi, ut *Marcipor* circumducta sequenti, quam ex duabus syllabis in unam cogentes et deinde flectentes dupliciter peccant. Sed id saepius in Graecis nominibus accidit, ut *Atreus*, quem nobis iuvenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessario secunda gravis esset, item *Nerei Tereique*. Haec de accentibus tradita.

Quintilianus Inst. Or. I, 5, 25–29.

Ceterum scio iam quosdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui, ut propter quaedam vocum discrimina verbum interim acuto sono finiant, ut in illis

quae circum litora, circum
Piscosos scopulos

ne, si gravem posuerint secundam, 'circus' dici videatur, non 'circuitus': itemque cum 'quale' interrogantes gravi, comparantes acuto tenore concludunt, quod tamen in adverbiis fere solis ac pronominibus vindicant, in ceteris veterem legem sequuntur. Mihi videtur condicionem mutare, quod his locis verba coniungimus. Nam cum dico 'circum litora,' tamquam unum enuntio dissimulata distinctione, itaque tamquam in una voce una est acuta, quod idem accidit in illo

Troiae qui primus àb óris.

Evenit, ut metri quoque condicio mutet accentum,

pecudes pictaeque volucres:

nam 'volucres' media acuta legam, quia, etsi natura brevis, tamen positione longa est, ne faciat iambum, quem non recipit versus herous. Separata vero haec a praecepto non recedent, aut si consuetudo vicerit, vetus lex sermonis abolebitur.

See Palaemon apud Charisium p. 189, 10 K (given above).
Probably Palaemon considered the preposition oxytone because he wished to distinguish it in pronunciation from the adverb. Since the preposition was only an adverb with a special use, he thought that the adverb retained the regular initial accent, while the preposition, being of later development, was affected by this accentual change.

Quintilianus Inst. Or. I, 5, 30; 31.
Namque in omni voce acuta intra numerum trium syllabarum continetur, sive eae sunt in verbo solae sive ultimae, et in iis aut proxima extremae aut ab ea tertia. Trium porro, de quibus loquor, media longa aut acuta aut flexa erit, eodem loco brevis utique gravem habebit sonum, ideoque positam ante se, id est ab ultima tertiam acuet. Est autem in omni voce utique acuta, sed numquam plus una nec umquam ultima, ideoque in disyllabis prior. Praeterea numquam in eadem flexa et acuta [quiin eadem flexa et acuta]: itaque neutra claudet vocem Latinam. Ea vero, quae sunt syllabae unius, erunt acuta aut flexa, ne sit aliqua vox sine acuta.

In this passage, Quintilian follows Cicero closely, as he frequently does in matters of accent and rhythm. Cf. Cicero, Orator, XVIII, 58.

Quintilianus Inst. Or. I, 5, 60 ff.
Quin etiam laudet (sc. grammaticus veterum amator) virtutem eorum, qui potentiorem facere linguam Latinam studebant nec alienis egere institutis fatebantur: inde 'Castorem' media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas 'Castor' litteras exit, et ut 'Palaemo' ac 'Telamo' et 'Plato' (nam sic eum Cicero quoque appellat) dicerentur retinuerunt, quia Latinum, quod *o* et *n* litteris finiretur, non reperiebant . . . . Inde 'Olympo' et

'tyranno' acutam syllabam mediam dederunt, quia [duabus longis sequentibus] primam brevem acui noster sermo non patitur. . . . . Mihi autem placet rationem Latinam sequi, quousque patitur decor. Neque enim iam 'Calypsonem' dixerim ut 'Iunonem', quamquam secutus antiquos C. Caesar utitur hac ratione declinandi. Sed auctoritatem consuetudo superavit. In ceteris quae poterunt utroque modo non indecenter efferri, qui Graecam figuram sequi malet, non Latine quidem, sed tamen citra reprehensionem loquetur.

According to the tripudic theory, the accent of 'Olympo' would be thus:

Ŏlýmpò

'Our language' *does* allow the first syllable to receive an acute stress, even when it is short and followed by two longs, for, as we have already seen, the initial accent obtains, not only in the pre-historic period, but throughout the language.

Quintilianus Inst. Or. I, 6, 7; 8.

Eadem in verbis quoque ratio comparationis, ut si quis antiquos secutus 'fervere' brevi media syllaba dicat, deprehendatur vitiose loqui, quod omnia quae *e* et *o* litteris fatendi modo terminantur, eadem, si in infinitis *e* litteram media syllaba acceperunt, utique productam habent, ut 'prandeo pendeo spondeo prandere pendere spondere'. At quae *o* solam habent, dummodo per eandem litteram in infinito exeant, brevia fiunt, 'lego dico curro legere dicere currere'.

Quintilianus Inst. Or. I, 6, 20; 21.

Quid enim tam necessarium quam recta locutio? Immo inhaerendum ei indico, quoad licet, diu etiam mutantibus repugnandum: sed abolita atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est et frivolae in parvis iactantiae. Multum enim litteratus, qui sine adspiratione et producta secunda syllaba salutarit ('avere' est enim) . . . . his adiciat 'face' et 'dice' et similia.

Quintilianus Inst. Or. I, 7, 2; 3.

Longis syllabis omnibus adponere apicem ineptissimum est, quia plurimae natura ipsa verbi, quod scribitur, patent, sed interim necessarium, cum eadem littera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit: ut 'malus' arborem significet an hominem non bonum apice distinguitur, 'palus' aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat, etcum eadem littera nominativo casu brevis, ablativo longa utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus.

Quintilianus Inst. Or. XI, 3, 17.

Utendi voce multiplex ratio. Nam praeter illam differentiam, quae est tripartita, acutae, gravis, flexae, tum intentis tum remissis, tum elatis tum

inferioribus modis opus est, spatiis quoque lentioribus aut citatioribus. Sed his ipsis media interiacent multa.

Quintilianus Inst. Or. XII, 10, 33.

Accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaves habemus, quia ultima syllaba nec acuta umquam excitatur nec flexa circumducitur, sed in gravem vel duas gravis cadit semper. Itaque tanto est sermo Graecus Latino iucundior, ut nostri poetae, quotiens dulce carmen esse voluerunt, illorum id nominibus exornent.

Priscianus X, 57 p. 547, 2 H.

Q. Terentius Scaurus and Velius Celer:

Time of Hadrian, 117-138.

Ambio ab *eo* compositum solum mutavit paenultimam *e* in *i;* itaque in *io* quidem desinentium regulam servavit in participio et in supino, quippe producta paenultima: *ambītus, ambīta, ambītum;* in nomine autem sive vocabulo rei differentiae causa in *eo* terminantium regulam servans corripuit paenultimam *ambĭtus*, ut Ovidius in I metamorphoseon:

Iussit et ambitae circumdare litora terrae.

Lucanus in I:

letalisque ambĭtus urbi
Annua venali referens certamina campo—'

quamvis Scaurus in utroque similem esse tenorem putavit. Sed Velius Celer respondens Hadriano imperatori per epistulam de hoc interroganti declinatione et tenore *ambitus* nomen a participio ostendit discerni, quod usu quoque, ut ostendimus, confirmatur.

We see from this passage and the one to follow that Scaurus, the most important grammarian of the time of Hadrian, does *not* hold an opinion which was a favorite one with grammarians who lived both before and after him, viz., that accentual and orthographical changes are made in words for the sake of distinction of parts of speech. Cf. Palaemon, *passim*; Probus, Inst. A. p. 145, 16 K; p. 149, 27 K. For an opinion more in accordance with that of Scaurus, cf. Quin. Inst. Or. I, 5, 25–29.

Q. Terentius Scaurus de Orth. p. 25, 1 K.

Artibus autem et *artubus* quidam variaverunt, et per *i* quidem dativo et ablativo plurali scribi putaverunt, quotiens ab *arte* dicerent, ut sit *ars artis artibus*, *artubus* autem per *u*, quotiens ab eo quod essent *artus*. Unde apud Lucretium legunt

hinc nova proles
Artubus infirmis teneras lasciva per herbas
L. l. n. m. p. n.

Quod si distinctionis causa ratio corrumpitur, in eo quod est 'caveas' quare non aut accentum aut litteram mutamus, cum et verbum et nomen significet, et in hoc 'tectis', cum et nomen et participium sit, et in. similibus? Ergo

vox scribenda, quo modo et sonat. Nemo autem umquam tam insulse per *u artubus* dixerit.

Q. Terentius Scaurus de Orth. p. 33, 4 K.

Si autem cum eadem *i* littera, aliud breve, aliud longum est, ut *illa* et *pila*. Apices ibi poni debent, ubi isdem litteris alia atque alia res designatur, ut *vénit* et *venit*, *áret* et *aret*, *légit* et *legit*, ceteraque his similia. Super *i* tamen litteram apex non ponitur: melius enim [*i pila*] in longum producetur. Ceterae vocales, quae eodem ordine positae diversa significant, apice distinguuntur, ne legens dubitatione impediatur, hoc est ne uno sono eaedem pronuntientur.

Velius Longus: Time of Hadrian.

Velius Longus de Orth. p. 52, 25 K.

Nam multa nomina et correpta syllaba aliud significant et producta, quo modo aliud est, si producas *pīla* et si corripias *pĭla*; et loco rursus transmutatus accentus partes quoque orationis immutat, ut aliud est *círcum*, aliud *circúm*, aliud *érgo*, aliud *ergó*.

N. A. IIII, 7.: see Probus.

N. A. VI (VII) 2, 4–11.

Aulus Gellius: c. 169.

Verba Caeselli subiecta sunt: *Masculino genere, ut multa alia, enuntiavit Ennius. Nam in XIII annali 'quem cor' dixit.* Ascripsit deinde versus Ennii duo:

Hannibal audaci dum pectore de [me] hortatur,
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor?

. . . . Hos autem versus Caesellius sic accipit, tamquam si Antiochus sic dicat: *Hannibal me, ne bellum geram, dehortatur; quod cum facit, ecquale putat cor habere me et quam stultum esse me credit, cum id mihi persuadere vult?*

Hoc Caesellius quidem, sed aliud longe Ennius. Nam tres versus sunt, non duo, ad hance Ennii sententiam pertinentes, ex quibus tertium versum Caesellius non respexit:

Hannibal audaci dum pectore de me hortatur,
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor
Suasorem summum et studiosum robore belli.

Horum versuum sensus atque ordo sic, opinor, est: *Hannibal ille audentissimus atque fortissimus, quem ego credidi*—hoc est enim *cor meum credidit*, proinde atque diceret *quem ego stultus homo credidi—summum fore suasorem ad bellandum, is me dehortatur dissuadetque, ne bellum faciam.* Caesellius autem forte ῥαθυμότερον iunctura ista verborum captus *quem cor* dictum putavit et *quém* accentu acuto legit, quasi ad *cor* referretur, non ad Hannibalem.

N. A. VI (VII), 7, 1–4.: see under Probus, Annianus apud Gellium.

N. A. VI (VII), 7, 5–12.

Addebat etiam, quod *ad* praeverbium tum ferme acueretur, cum significaret *ἐπίτασιν*, quam *intentionem* nos dicimus, sicut *ádfabre* et *ádmodum* et *ádprobe* dicuntur. Cetera quidem satis commode Annianus. Sed si hanc particulam semper, cum intentionem significaret, acui putavit, non id perpetuum videtur; nam et *adpótus* cum dicimus et *adprímus* et *adpríme*, intentio in his omnibus demonstratur, neque tamen *ad* particula satis commode accentu acuto pronuntiatur. *Adprobus* tamen, quod significat *valde probus*, non infitias eo, quin prima syllaba acui debeat. Caecilius in comoedia, quae inscribitur Triumphus, vocabulo isto utitur:

Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus.

Num igitur in istis vocibus, quas non acui diximus, ea causa est, quod syllaba insequitur natura longior, quae non ferme patitur acui priorem in vocabulis syllabarum plurium quam duarum? *Adprimum* autem *longe primum* L. Livius in Odyssia dicit in hoc versu:

Ibidemque vir summus adprimus Patroclus.

Idem Livius in Odyssia *praémodum* dicit, quasi *ádmodum: Parcentes*, inquit, *praémodum*, quod significat *supra modum*, dictumque est quasi *praeter modum;* in quo scilicet prima syllaba acui debebit.

By citing appropriate examples, Gellius shows that the preposition *ad* used at the beginning of a word is not necessarily accented when it signifies *intentio* (*increase* or *augmentation* in the meaning of a word). According to his statement, *ad* when so used may or may not be accented; but with the question of accent the matter of *intentio* has nothing to do.

N. A. XIII, 6, 1.

Quas Graeci *προσῳδίας* dicunt, eas veteres docti tum *notas vocum*, tum *moderamenta*, tum *accentiunculas*, tum *voculationes* appellabant.

His use of the word *moderamenta*, instead of the musical term *modulamenta* proposed for this passage by Weil and Benloew, seems to justify the conclusion that he considered the Latin accent one of stress, not of musical tone. But see Schoell p. 89, adn. 1.

N. A. XIII, 26 (25).: see Nigidius Figulus.

N. A. XVIII, 12, 8.: see Varro.

Festus p. 249 M.

Pone gravi sono antiqui utebantur prologi † significatione. Sed praeicientes vocabuli . . . .

Festus:
2nd century.

Festus p. 258M.

Quando cum gravi voce pronuntiatur, significat *quod:* acuta est temporis adverbium, ut Plautus in Menaechmis ait: "Ideo quia mensam, quando edo, detergeo." Et in Pseudolo: "Dabo, quando erit. Ducito, quando habebis." Et Ennius l. XVI.: "Nox quando mediis signis praecincta volabit."

Athenaeus:
born under Marcus Aurelius, 161-180.

Athenaeus Deipnos. X p. 425a.

Καὶ παρὰ Ῥωμαίοις δὲ οἱ εὐγενέστατοι τῶν παίδων τὴν λειτουργίαν ταύτην ἐκτελοῦσιν ἐν τοῖς δημοτελέσι τῶν θυσιῶν πάντα τοὺς Αἰολεῖς μιμούμενοι ὡς καὶ κατὰ τοὺς τόνους τῆς φωνῆς.

Flavius Caper:
toward the end of the 2nd century.

Caper apud Priscianum IIII, 21; 22p. 128, 23 H.

Sunt alia in *as* denominativa, quae plerumque similia sunt accusativo plurali primitivorum suorum et sunt communia, ut *primâs*, *optimâs*, *Ravennâs*, *Capenâs*, *Arpinâs*, *Crotoniâs*, *Pontiâs*, *Larinâs*, quae ideo in fine habent circumflexum accentum, quia per syncopam proferuntur. Perfecta enim eorum inveniuntur apud antiquissimos in *tis* desinentia, *hic* et *haec* *primatis*, *optimatis*, *Arpinatis*, unde neutra quoque eorum in *e* desinunt: *primate*, *optimate*, *Arpinate*, et ablativus in *i*, more eorum, quae in *is* desinentia, cum sint communis generis et faciant in *e* neutrum, in *i* terminant ablativum: *a primati*, *optimati*, *Arpinati*. Et testis eius Caper, qui diversorum de huiuscemodi nominibus ponit usus auctorum, confirmans tam in *is* quam in *as* huiuscemodi nomina solere proferri. Cato Censorius in I originum: *sed lucus Capenatis.* In II: *si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur.* Ibidem: *lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. Hi populi communiter: Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis, Rutulus.* *Ardeatis* dixit pro eo, quod nunc dicimus *Ardeâs*. Titinius in psaltria:

Ferentinatis populus res Graecas studet,

pro *Ferentinâs*. Non est igitur dubium, quod—cum in omnibus, quae paenultimam habent circumflexam, si patiantur syncopam, servamus eundem accentum in ultima, ut *prodûce prodûc*, *audîvit audît*, *cupîvit cupît*, *fumâvit fumât*, *illîce illîc*, *istîce istîc*, idque omnibus placet artium scriptoribus, qui de accentu scripserunt—debeant haec quoque idem servare, cum *ti* subtracta paenultima vocabis, quae circumflectebatur in dictione perfecta, (id est *a*) invenitur ultima in concisione habens eundem accentum. Inveniuntur tamen etiam propria differentiae causa in fine circumflexa, ut *Lenâs Lenâtis*, *Menâs Menâtis*, ne accusativi plurales *menae* [genus est piscis] et *lenae* [femininum est lenonis] esse putentur.

Terentianus [Maurus]: end of the 2nd century.

Terentianus [Maurus] v. 1342 sqq.
Una longa non valebit edere ex sese pedem;
Ictibus quia fit duobus non gemello tempore.
Brevis utrinque sit licebit, bis feriri convenit;
Parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit.
(Ἄρσιν hanc Graeci vocarunt, alteram contra θέσιν:)
Una porro bis feriri quando poterit syllaba?

Helenius Acron: end of the 2nd century or beginning of the 3rd.

Gellius never mentioned Acron; from this we conclude that he lived after Gellius. But his priority to Porphyrio is shown by the latter's citing him (Sat. 1, 8, 25). We shall therefore place him at the end of the second or beginning of the third century. He wrote commentaries upon the *Adelphi* and the *Eunuchus* of Terence, and perhaps upon the Satires of Persius; but the great mass of scholia upon Horace attributed to him were not only not his work, but perhaps not the work of any single hand.

Charisius p. 201, 3K.
Interea loci. Terentius in Eunucho *interea loci,* ubi Acron 'quaeritur', inquit, 'quo accentu dici debeat *interea loci*'.

[Acron] ad Hor. serm. I, 2, 17 = Schoell p. 170 (CXXXIc).
Maxime, quis non, Iuppiter! exclamat simul atque audivit?] *quis* interrogative pronuntiandum.

Pomponius Porphyrio: beginning of the 3rd century.

Porphyrio ad Hor. od. I, 24, 8 = Schoell p. 174 (CXXXVIId).
Quando ullum] Acuta priore est syllaba *quándo* enuntiandum, ut vim interrogativam habeat.

Porphyrio ad Hor. od. III, 25, 3 = Schoell p. 170 (CXXXId).
Quibus antris egregii Caesaris audiar aeternum meditans decus stellis inserere] *Quibus* gravi sono pronuntiandum. Est enim subiunctiva particula *quae.* Praeposito enim *quos agor in specus* subiunxit *quibus antris egregii Caesaris audiar;* in quo et ἐπεξήγησις figura adnotanda, quia praedicto *specus antra* subiecit, hoc est, qui specus antra sunt.

Porphyrio ad Hor. od. IV, 9, 1 = Schoell p. 197 (CLXIIIe).
Ne forte credas] prima autem syllaba ᾠδῆς huius circumflexe enuntianda est, ut sit *ne credas* id est *ne credideris.* Cf. Palaemon apud Charisium p. 228, 8 K (given above).

Porphyrio ad Hor. epod. XI, 9 = Schoell p. 164 (CXXI).
In quis amantem languor et silentium arguit.] *arguit* media syllaba producta pronuntiandum, quia praesentis temporis est.

Porphyrio ad Hor. serm. I, 1, 1 = Schoell p. 174 (CXXXVIIe).
Qui fit Maecenas] . . . . *Quî* autem circumflexe pronuntiandum. Significat enim *quare,* sicut etiam multi locuntur dicentes *quî fieri potest* pro *quomodo fieri potest.*

See Schoell, p. 9.

Censorinus apud Priscianum XIIII, 15–17 p. 33, 1 H.

Censorinus: **wrote *De Die Natali* in 238.**

Praepositio, quando per defectionem verborum profertur, generalem servat accentuum regulam: [ab acuto incipit] ut Virgilius in III Aeneidos:

O mihi sola mei súper Astyanactis imago,

et Terentius in Andria:

Adeo modesta, adeo venusta, ut nihil súpra;

et hoc ad similitudinem Graecorum. Homerus: *ἀλλ' ἄνα, ἔνι τοι φρένες, πάρα δ'ἀνήρ, χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἔπι μῆνις.*

Nec non etiam si praepostere proferatur, ut Virgilius in XII:

decus imperiumque Latini
Te pénes.

Hoc quoque a Graecis. Homerus:

μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ—Ὧι ἔπι πόλλ' ἐμόγησα—νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.

Est tamen quando postposita quoque gravatur, si genetivus sequatur redditus ad supra positum accusativum vel ablativum, ut si · dicam: *virtutem proptèr imperatoris* vel *iustitia ìn legum.* Sin autem in fine sit praepositio sensus, omni modo generalem servat accentuum legem [ab acuto incipit], ut: *homines mille venerunt súpra;* nisi differentia prohibeat, sicut dictum est, ut *circúm*, Virgilius in I Aeneidos:

maria omnia circúm,

in fine acuitur, ne adverbium vel nomen esse putetur, sicut et apud Graecos *διά.* Et si loco adverbiorum vel interiectionum accipiuntur, similiter mutant accentum sibi destinatum. Terentius in Eunucho:

Pèrpulchra credo munera aut nostris similia;

et Lucanus in II:

prô tristia fata!
Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor?

Hoc tamen quoque Graecis auctoribus facimus: sicut enim praepositiones loco adverbiorum, sic etiam adverbia loco praepositionum solent poni. Homerus: *γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών, περὶ* pro *πέριξ*, praepositionem posuit pro adverbio. Idem: *Ἴλιον εἴσω* pro *εἰς Ἴλιον*, adverbium pro praepositione. Nihil igitur mirum apud nos quoque praepositiones pro adverbiis vel adverbia pro praepositionibus inveniri.

Censorinus apud Priscianum XIIII, 35–39 p. 42, 7 H.

Extra quoque, quod significat *τὸ ἐκτός* apud Graecos, adverbium est derivatum a praepositione *ex* tam apud illos quam apud nos. Nostri autem ideo non solum inter adverbia, sed etiam inter praepositiones acceperunt, quia et sine casualibus verbo adiungitur et praepositum casualibus gravatur ut Persius:

Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, éxtra
Meite.

Terentius in Phormione: *extrà unam aniculam* . . . . (Inter) hoc quoque apud Graecos sine dubio adverbium est; significat enim *τὸ μεταξύ*. Nec solum casualibus praeponitur apud nos et gravatur, sed etiam verbis potest adiungi et paenultima acui, ut si dicam: *tu dextrorsum, ille sinistrorsum, ego curro ínter* . . . . Hic ergo quoque admoneo, quod saepe dixi, omnia ea, quae supra dicta apud Graecos sine dubio adverbia sunt, Latinos etiam inter praepositiones ponere, eo, quia frequentissime casualibus praeponuntur et gravantur, quod suum est praepositionum, et, quod interpretatio ostendit, etiam praepositionum quarundam loco eas poni, ut *inter* modo *τὸ διά*, modo *τὸ ἐν* ostendimus demonstrare . . . .

Infra etiam ab *in* esse natum puto, et significat *τὸ κάτω*, quod est apud Graecos adverbium. Id quoque propter supra dictas causas inter praepositiones recipitur a Latinis; frequentissime enim praeponitur casualibus et gravatur. Terentius in Eunucho:

ego te esse infrà omnes infimos puto . . . .

coram, palam, sine, absque, tenus, quorum omnium interpretationes apud Graecos adverbia sunt. Sed dixi saepissime, quod nostri huiuscemodi dictiones, quando praeponuntur casibus accusativis vel ablativis, per transitionem personarum inter praepositiones accipiunt et gravant omnibus syllabis; quando vero verbis coniunguntur et intransitivae sunt et generalem servant accentuum rationem, inter adverbia numerant.

Censorinus apud Priscianum XIIII, 40; 41 p. 45, 25 H.

Quod Censorinus quoque de accentibus approbat, sic dicens: *super* praepositio apud Virgilium in I:

Multa supèr Priamo rogitans, supèr Hectore multa.

Sallustius vero in historiis adverbium hoc protulit: *ubi multa nefanda casu súper ausi atque passi.* Sed mihi videtur Sallustius quoque loco praepositionis hoc praepostere protulisse, sed Virgilius in II Aeneidos:

satis una superque
Vidimus excidia,

adverbium sine dubio in hoc loco accepit. Idem Censorinus haec etiam subiungit: *post* praepositio, Virgilius in III georgicon: Pòst montem oppositum;

idem in I Aeneidos adverbium:

Póst mihi non simili poena commissa luetis.

Ante praepositio in I georgicon:

Antè ovem nulli subigebant arva coloni;

at in III Aeneidos adverbium:

Ánte et Trinacria lentandus remus in unda;

supra praepositio, Virgilius in V:

Olli caeruleus suprà caput astitit imber;

adverbium, Sallustius in Iugurthino: *pauca súpra repetam.*

Contra praepositio apud Virgilium in VIII:

Contrà Neptunum et Venerem contraque Minervam;

idem adverbium in II georgicon:

Cóntra non ulla est oleis cultura.

Prope praepositio, in VIII Virgilius:

Est ingens gelidum lucus propè Caeritis amnem;

adverbium in Terentii Andria:

Própe adest, cum alieno more vivendum est mihi.

Ultra praepositio apud Sallustium in Iugurthino: *Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant, antipodas ultrà Aethiopiam cultu Persarum iustos et egregios agere;* adverbium: *lego assidue nihil últra faciens.* Haec Censorinus, ut supra dixi, de accentibus tractans.

Censorinus apud Priscianum XIIII, 48 p. 51, 11 H.

Clam, ut diximus, apud Graecos adverbium, apud nos autem ideo praepositio accipitur, quia et casualibus praeponitur et gravi accentu pronuntiatur, ut Terentius in Andria:

Nec clàm te est, quam illi nunc utraeque † res inutiles.

Potest tamen etiam apud nos adverbium ostendi, cum verbo invenitur iungi non serviens casui, ut Virgilius in I Aeneidos:

Clám ferro incautum superat securus amorum.

Censorinus apud Priscianum XIIII, 49 p. 52, 19 H.

Sine autem etiam verbum est imperativum, sed accentu differt, quando praeponitur, quomodo *pone:* praeposita enim gravatur utraque syllaba, ut *sìnè timore*, postposita paenultimam acuit, ut Virgilius in X:

Si sìnè pace tua atque invito numine Teucri.

Idem in III georgicon:

Te síne nil altum mens incohat.

A mere reading of these passages justifies the conclusion that Censorinus is largely dominated by Greek influence in his statement of Latin rules of accentuation. Cf. Palaemon, *passim;* Probus, Inst. A. p. 149, 27 K; Quin. Inst. Or. I, 5, 25–29; Velius Longus. See also Q. Terentius Scaurus in Priscian X, 57 p. 547, 2 H.

Marius Plotius Sacerdos: **probably in the time before Diocletian, 284-305.**

Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos p. 451 K.

Barbarismus est vitiosa dictio unius verbi, qui fit modis octo: . . . . per accentum, ac si dicas *istè* et *te* acuas, cum *is* debeas: . . . . per immutationem accentuum, ac si dicas *Cĕrĕs ce* longa, cum brevis sit, et *res* brevi, cum sit longa.

Marius Victorinus a. gr. p. 35, 7 K.

Nam parente natura omnis vox sub duorum accentuum sono ore mortalium promitur, producto scilicet aut correpto, ex quis alter extenditur, alter contrahitur. Igitur cum in metris longa syllaba opus esset, ut ea quae brevis lege naturae prolata videbatur longa efficeretur, a principibus musicae artis auctoribus positio, id est duarum consonantium copulatio, reperta atque inducta est.

C. Marius Victorinus: fl. 324–361.

Marius Victorinus a. gr. p. 40, 15 K.

Est enim arsis sublatio pedis sine sono, thesis positio pedis cum sono: item arsis elatio temporis, soni, vocis, thesis depositio et quaedam contractio syllabarum.

Marius Victorinus a. gr. p. 43, 25 K.

Σημεῖον autem veteres *χρόνον*, id est tempus, non absurde dixerunt ex eo, quod signa quaedam accentuum, quae Graeci *προσῳδίας* vocant, syllabis ad declaranda temporum spatia superponuntur, unde tempora signa Graeci dixerunt.

Victorinus a. gr. p. 188, 8 K.

Lectio quid est? Secundum accentus et sensuum necessitatem propria pronuntiatio. . . . . p. 188, 15 K. Accentus quid est? Unius cuiusque syllabae in sono pronuntiandi qualitas.

Victorinus de a. gr. p. 192, 15 K.

Accentus qui sunt? Accentus, qui Graece *προσῳδίαι* dicuntur, hi sunt, acutus, gravis, circumflexus. In omni parte orationis Latinae, item et Graecae, aut acutum aut circumflexum poni necesse est, nec amplius quam unum, vel hunc vel illum. Nam gravis ponitur in pluribus. Acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et paenultimam et ei proximam syllabam, apud nos tantum duobus locis poni potest. Quibus? Aut in paenultima syllaba, ut *praelegístis*, aut in ea quae a fine tertia sit, ut *praelégimus*. Circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syllabarum, non nisi paenultimum locum poterit invenire, ut *turbâre*, *perdomâre*.

Monosyllaba quaecumque positione longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut *píx*, *múx*, *nóx*, *níx*, *páx*, *fáx*. Quid quae natura longa erunt? Circumflexo accentu pronuntiabimus, ut *dôs*, *spês*, *rês*, *môs*, *flôs*.

In disyllabis quid? Si prior natura longa fuerit et posterior correpta, prior circumflectetur, ut *hôra*, *Rôma*. Quid si posterior producta sit? Prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut *léges*, *sálus*. Et si ambae breves sint, acuetur prior, ut *déus*, *hómo*.

Quid in trisyllabis aut quae plures syllabas habebunt? Si paenultima brevis fuerit, [acuemus antepaenultimam] quae eam praecedit acuetur, ut puta *Túllius*, *Horténsius*. Quid deinde, si paenultima positione longa

fuerit? Ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut *Càtúllus*, *Càmíllus*, *Mètéllus*. Quid si paenultima naturaliter producta fuerit, ita ut ultima brevis sit? Paenultimam circumflectemus, ut *Cethêgus*, *Românus*. Quid autem, si longa erit ultima? Paenultimae acutum dabimus accentum, ut *Athénae*, *Fidénae*.

Quid Graeca nomina? Si isdem litteris proferentur, Graecos accentus habebunt. Nam et cum dicimus *Thyiás*, *Naís*, acutum habebit posterior accentum; et cum *Themistô*, *Calypsô*, *Theanô*, ultimam circumflecti videbimus. Quod utrumque Latinus sermo non patitur, nisi admodum raro, ut sola occurrit *ergô* coniunctio, in qua posterior circumflexa deprehenditur. Item adverbium *poné* posteriore acutum accipit accentum, ne sit verbum.

De formis accentuum. Acuti accentus quae est forma? I obliquum in partem dexteram scandens ⁄. Quid gravis forma? I a parte sinistra descendens ∖. Circumflexum transversa V littera Λ notamus, brevem C susum spectante ◡, longum autem sic iacente I —. Sed in illis sonos, in his tempora dinoscimus. Quare dasian et psilen, quibus Graeci utuntur, [et] nos praetermittimus? Quoniam adspirationem nobis adposita H littera, quae in duas partes dividitur, repraesentat, et si adposita non erit. Item his adiciunt et hyphen, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam hanc faciunt ◡ et utriusque verbi proximas litteras inflexa subter virgula iungunt, quale est *Turnus ut ante͜ volans*. Item diastole dextera quaedam pars circuli ad imam litteram adposita hac nota) male cohaerentia discernens, ut est *erepta*, *e virginis ira* et *viridique in litore conspicitur*, *sus*. Item apostrophon sic notant: ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam quae ad eam spectat adponunt, ut *tanton' me crimine dignum duxisti*.

Victorinus a. gr. p. 203, 10 K.

De Coniunctione . . . . Rationales quae sunt? *Ita itaque proinde proin denique*. Quae magis adverbia esse mihi videntur praeter illas coniunctiones, quae accentu discernuntur ab adverbiis. Adverbia sunt re vera quaedam, de quibus ambigi potest, unde merito quidam adverbia coniunctiva dixerunt vel coniunctiones adverbiales.

Victorinus a. gr. p. 203, 22 K.

De Praepositione . . . . Harum quaedam mutato accentu fiunt adverbia. Nam *ante*, cum gravi accentu pronuntiatur, praepositio est, ut *ante focum, si frigus erit;* cum vero acuto, fit adverbium temporis, ut

Ánte quidem summa de re statuisse Latini.

Item *post* praepositio est, cum dicimus *post tergum;* cum vero significat *postea*, fit adverbium temporis, ut

Póst habui tamen illorum mea seria ludo.

Harum quaedam verbis etiam adiunguntur, *per ad trans ante circum inter post ob:* . . . . Quae ablativo casui adiunguntur? *A ab abs e ex pro prae de* et reliqua. Harum aeque quaedam mutato accentu fiunt adverbia, veluti est *cum.* Nam quotiens casui iungitur, praepositio est, ut *cum duce, cum amico;* quotiens verbo, erit adverbium, ut *cúm venit aulaeis* et

Cúm subit Aeneas concursu ascendere magno.

Victorinus de metr. et hex. p. 206, 12 K.

Metrum est ratio cum modulatione, rhythmus sine ratione metrica modulatio. Plerumque tamen casu quodam etiam invenies rationem metricam in rhythmo, non artificii observatione servata, sed tono et ipsa modulatione ducente.

Priscianus partit. I, 29 p. 466, 22 K.

Cano . . . . Cuius est coniugationis? Tertiae correptae. Unde hoc certum est? Quia et prima persona ante *o* consonantem habet, quod in tertia producta sive quarta coniugatione inveniri non potest, et quod non solum in secunda persona *is* finalis corripitur, *cano canis*, sed etiam in plurali numero in prima et secunda persona *i* paenultima corripitur. Itaque antepaenultima in his acuitur personis, ut *cánimus cánitis;* nec non imperativus quoque et infinitivus *e* correptam habentes, sicut etiam Donatus docet, manifestissime id ostendunt.

Aelius Donatus: about the middle of the 4th century.

Donatus p. 371, 2 K.

Tonos alii accentus, alii tenores nominant. Toni igitur tres sunt, acutus gravis circumflexus. Acutus cum in Graecis dictionibus tria loca teneat, ultimum paenultimum et antepaenultimum, apud Latinos paenultimum et antepaenultimum tenet, ultimum numquam. Circumflexus autem, quotlibet syllabarum sit dictio, non tenebit nisi paenultimum locum. Gravis in eadem dictione vel cum acuto vel cum circumflexo poni potest, et hoc illi non est commune cum ceteris. Ergo monosyllaba, quae correptam vocalem habebunt, acuto accentu pronuntiabimus, ut *fáx píx núx;* quae productam vocalem habebunt, circumflexo accentu pronuntiabimus, ut *rês dôs spês.*

In disyllabis, quae priorem productam habuerint et posteriorem correptam, priorem syllabam circumflectemus, ut *mêta Crêta:* ubi posterior syllaba producta fuerit, acuemus priorem sive illa correpta fuerit sive producta, ut *népos léges:* ubi ambae breves fuerint, acuemus priorem, ut *bónus málus.*

In trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps, si paenultima correpta fuerit, acuemus antepaenultimam, ut *Túllius Hostílius:* si paenultima positione longa fuerit, ipsa acuetur et antepaenultima gravi accentu pro-

nuntiabitur, ut *Càtúllus Mètéllus*, ita tamen, si positione longa non ex muta et liquida fuerit; nam mutabit accentum, ut *látebrae ténebrae:* si ultima brevis fuerit, paenultima vero natura longa, paenultima circumflectetur, ut *Cethêgùs perôsus:* si ultima quoque natura longa fuerit, paenultima acuetur, ut *Athénae Mycénae.*

Donatus p. 371, 22 K. = Diomedes p. 433, 30 K.

In conpositis dictionibus unus accentus est non minus, quam in una parte orationis, ut *malesânus intereáloci.* For the accent of *interealoci*, see above, under Helenius Acron.

Donatus p. 371, 24 K.

Accentus in integris dictionibus observantur, in interiectionibus et in peregrinis verbis et in barbaris nominibus nulli certi sunt.

Donatus p. 371, 25 K. = Diomedes p. 433, 35 K.

Accentuum legem vel distinguendi vel pronuntiandi ratio vel discernendae ambiguitatis necessitas saepe conturbat.

Donatus p. 371, 27 K.

Sane Graeca verba Graecis accentibus efferimus. In Latinis neque acutus accentus in ultima syllaba poni potest nisi discretionis causa, ut in adverbio *poné*, ideo ne verbum putetur imperativi modi, neque circumflexus nisi in ea particula, quae est *ergô.*

Acutus accentus est nota per obliquum ascendens in dexteram partem ′, gravis nota a summo in dexteram partem descendens ‵, circumflexus nota de acuto et gravi facta ∧, longus linea a sinistra in dexteram partem aequaliter ducta —, brevis virgula similiter iacens, sed panda et contractior ◡, hyphen virgula subiecta versui: hac nota subter posita duo verba, cum ita res exigit, copulamus, *ante tulit gressum* et

Turnus ut ante volans tardum praecesserat agmen.

Huic contraria est diastole, dextera pars [quaedam] circuli ad imam litteram adposita: hac nota male cohaerentia discernuntur, ut est *ereptae, virginis ira* et

viridique in litore conspicitur, sus.

Apostrophos item circuli pars dextera, sed ad summam litteram adposita: hac nota deesse ostendimus parti orationis ultimam vocalem, cuius consonans remanet, ut est *tanton' me crimine dignum Duxisti?* Ceterum δασεῖαν et ψιλὴν apud Latinos *h* littera vocali addita vel detracta significat.

Donatus p. 387, 4 K.

Sunt multae dictiones dubiae inter adverbium et nomen, ut *falso;* inter adverbium et pronomen, ut *qui;* inter adverbium et verbum, ut *pone;* inter adverbium et participium, ut *profecto;* inter adverbium et coniunctionem, ut *quando;* inter adverbium et praepositionem, ut *propter;* inter ad-

verbium et interiectionem, ut *heu*. Horum quaedam accentu discernimus, quaedam sensu.

For a different but more plausible view, see Q. Terentius Scaurus and Quin. Inst. Or. I, 5, 25–29. Donatus (p. 389, 13 K) himself does not think that conjunctions, prepositions, and adverbs are distinguished from each other by a difference in accent—"Sunt etiam dictiones, quas incertum est utrum coniunctiones an praepositiones an adverbia nominemus, quae tamen omnes sensu facile dinoscuntur."

Donatus p. 387, 13 K.

Praepositio separatim adverbiis non adplicabitur, quamvis legerimus *de repente*, *de sursum*, *de subito* et *ex inde* et *ab usque* et *de hinc*. Sed haec tamquam unam partem orationis sub uno accentu pronuntiabimus.

Donatus p. 391, 11 K.

Separatae praepositiones acuuntur; coniunctae casibus aut loquellis vim suam saepe commutant et graves fiunt.

Donatus p. 392, 2 K. = Dositheus p. 424, 14 K.

Accentus in interiectionibus certi esse non possunt, ut fere in aliis vocibus quas inconditas invenimus.

Donatus p. 392, 22 K.

Toni quoque similiter per has quattuor species conmutantur. Nam et ipsi adiciuntur detrahuntur inmutantur transmutantur. Quorum exempla ultro se offerent, siquis inquirat.

Donatus ad Ter. Ad. II, 3, 5 (258).

Itaque et subiunctivum potest esse media syllaba correpta et praepositivum producta eadem syllaba, ut sit *itáque*.

Donatus ad Ter. Ad. II, 4, 4 (268).

Ego illam hercle vero omitto, qui quidem te habeam fratrem: o mi Aeschine] Acuendum *té*.

Donatus ad Ter. Ad. V, 5, 7 (888).

Hoc verumst et re ipsa experiere propediem]

Propediem ὑφέν; nam *propediem* adverbium est temporis, ut si diceret *cito*.

Donatus ad Ter. Andr. prol. 17.

Faciunt ne intellegendo ut nil intellegant?] *ne* quidam corripiunt et cum interrogatione pronuntiant, quidam producunt; quorum alii *ne* pro *non* accipiunt [id est *non*] alii [*ne*] pro *valde* [*nimis multum*, *plurimum*], ut: *ne ego homo sum infelix*, et Cicero: *ne illi* [*vehementer errant*]; et hoc melius, nam statim infert: *Qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium Accusant.*

Donatus in Ter. Eun. II, 2, 24 (255).

Dum haec loquimur, interealoci ad macellum ubi adventamus] *Intereáloci:* duae partes orationis, cúm coniunctae unam fecerint, mutant accentum. See under Helenius Acron, above.

Donatus in Ter. Eun. III, 1, 47 (437).

Scin siquando illa mentionem Phaedriae] *siquando* et prima syllaba acui potest et media; tamen variat sententiam.

Donatus ad Ter. Eun. IV, 3, 11 (653).

Rogas me? eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit] Aut ἀντίπτωσις est, ut *Urbem quam statuo vestra est*, aut *quem* cum interrogatione pronuntiandum, ut sit *qualem*.—(*Eunuchum quem dedisti*] quidam volunt *quem* distinguere, quasi dicat *qualem;* sed nesciunt hac figura multum veteres usos esse; eunuchum enim ad *dedisti* verbum rettulit; nunc ergo addit propter aliud ἀξίωμα assumendum extrinsecus *is eunuchus*. Nam quotiens uno nomine aut pronomine diversae declinationis enuntiationes comprehenduntur, necesse est, quod alteri accommodatum fuerit, ab altero discrepare.) *Quem dedisti quas turbas* sic accipe quasi dixerit *qualem eunuchum* et *quales turbas*.

Donatus ad Ter. Hec. I, 2, 10 (85).

Dic mi, ubi, Philotis, te oblectasti tamdiu? Ph.: *Minime equidem me oblectavi*] *me* acutius proferendum est, et respondet πρὸς τὸ *te*.

Donatus ad Ter. Hec. II, 1, 10 (207)=IV, 2, 3 (579).

Itaque modo duae partes sunt orationis.

Donatus ad. Ter. Hec. III, 5, 50 (500).

Ita nunc is sibi me supplicaturum putat] *sibi* et *me:* magno pondere legendum est utrumque pronomen, ut *cantando tu illum?*

At first reading it seems that *stress* accent is suggested, but it is more probable that *sibi* and *me* are to be read with great weight on account of their emphasis and contrast by juxtaposition.

Donatus ad Ter. Hec. V, 4, 25 (865).

Dic mi harum rerum numquid dixti meo patri?] *Num aliquid:* acuendum ergo *quíd*.

Donatus ad Ter. Phorm. I, 2, 20 (70).

O regem me esse oportuit] Acue *mé*.

Donatus ad Ter. Phorm. I, 2, 77 (127).

Ego te cognatum dicam et tibi scribam dicam] *Dicam* supra verbum, infra nomen est totidem litteris, diverso accentu.

Donatus ad Ter. Phorm. II, 2, 27 (341).

Dum tibi fit quod placeat: ille ringitur, tu rideas] Acuenda vox in eo quod ait *tíbi*.

Charisius: 358 A. D.

Charisius p. 35, 23 K.=Exc. Charis. p. 551, 12 K.=Phocas p. 414, 2 K. Id quoque observabimus ut, quotiens de neutro loquamur, correpta *o* littera dicamus *duŏ milia;* in accentu longo *duō homines*, ambo homines, ambae mulieres dicimus.

Charisius p. 63, 8 K.

O littera terminantur tam masculina quam feminina, sed *o* correpta nominativo, circumducta vero genetivo, veluti *Catŏ Catōnis*, *Cicerŏ Cicerōnis*, *Nerŏ Nerōnis*, *Iunŏ Iunōnis*, *regiŏ regiōnis:* communia, *cupŏ cupōnis*, *fullŏ fullōnis*.

Charisius p. 68, 27 K.

Quae vero Graeca flexo accentu proferuntur, haec inconfuso statu permanente secundum Graecam declinationem ordinantur, *es* syllaba terminata, ut *Eumenes Eumenus*, *Aithales Aithalus*, *Euprepes Euprepus;* quamquam quidam sic declinari maluerint, *Eumenetis Euprepetis*.

Charisius p. 111, 27 K.

Quando acuta prima syllaba interrogationem temporis significat; sed posteriore acuta *siquidem*, ut Vergilius

quando tot stragis acervos.

Si vero producatur, ut puta *quandoque illud faciet*, futurum tempus.

Charisius p. 189, 10 K.: see Palaemon.

Charisius p. 201, 3 K.: see Acron.

Charisius p. 225, 21 K. = Diomedes p. 416, 14 K.

De coniunctione . . . . Ratiocinativae hae συλλογιστικοί, *quare*, *quapropter*, *igitur*, *ergo*, *itaque*, *quando* gravi accentu, ...

Charisius p. 227, 30 K.: see Palaemon.

Charisius p. 228, 8 K.: see Palaemon.

Charisius p. 231, 3 K. and 24 K.: see Palaemon.

Charisius p. 234, 16 K.: see Palaemon.

Cominianus apud Charisium p. 265, 18 K.

Fit inmutatio et per sonos, cum aut acutus pro gravi aut gravis pro acuto vel alio quolibet ponitur. Sonus in pronuntiatione invenitur. Similiter adspiratio ad sonum pertinet, tametsi nos *h* notam quasi litteram ponimus. Sed hoc vitium in scripto invenitur, cum aut *choronam* pro *corona* aut *umum* pro *humo* legimus.

Diomedes: not earlier than the 2nd half of the 4th century.

Diomedes p. 394, 1 K.: see Palaemon.

Diomedes p. 394, 12 K.: see Palaemon.

Diomedes p. 405, 28 K.

Sunt adverbia aut cum nominibus communia, ut *subito*, *sedulo;* aut cum pronominibus, ut *qui*, *quo*, *hac;* aut cum verbis, ut *age*, *pone;* aut cum coniunctionibus, ut *quare*, *si*, *quamobrem*, *quando*, *ne*, *ut*, *cum;* aut cum praepositionibus, ut *praeter*, *ante*, *prae*, *contra*, *propter;* aut cum interiectionibus ut *em*, *heu*, *eho;* aut pro se invicem, ut *ubi*, *quando*, *maxime*, *tum*, *ut*, *hic*, *denique*. Haec aut sensus aut plerumque inter se discernit accentus.

Adverbiis addi praepositiones plurimi negant. Sed tamen lectum in-

venimus *in primo*, quod est ἐν πρώτοις, et quae dixerunt veteres *a mane* et *ab hinc: abhinc annos decem natus est*, quod est *ante decem annos natus est.* Item *posthac*, *antehac*, *exinde*, *dehinc*, *ad usque*, *ab usque*, et poetice *de subito*, *de repente*, *de improviso*. Quorum quaedam velut unam partem orationis compositam, nonnulla poetice proferimus.

Diomedes p. 407, 19 K.: see Palaemon.

Diomedes p. 416, 14 K.: see Charisius.

Diomedes p. 430, 29 K.

Accentus est acutus vel gravis vel inflexa elatio orationis vocisve intentio vel inclinatio acuto aut inflexo sono regens verba. Nam ut nulla vox sine vocali est, ita sine accentu nulla est; et est accentus, ut quidam recte putaverunt, velut anima vocis.

The expression *anima vocis* seems to refer to stress accent; for in the languages, in which stress accent predominates, the accent is indeed the *anima vocis*—the vital principle of the word. There is unmistakable evidence of stress accent in the following passage of Pompeius (p. 126, 27 K).

Et quid est ipse accentus? Ita definitus est: *accentus est quasi anima vocis*, id est accentus est anima verborum et anima vocis uniuscuiusque. Quemadmodum corpus nostrum non potest esse sine anima, sic nec ullum verbum nec ullus sermo sine accentu potest esse. Et quemadmodum anima nostra in toto corpore ipsa plus potest, sic etiam illa syllaba *plus sonat* in toto verbo, quae accentum habet. Ergo illa syllaba, quae accentum habet plus sonat, *quasi ipsa habet maiorem potestatem.*

Diomedes p. 431, 1 K.

Accentus est dictus ab accinendo, quod sit quasi quidam cuiusque syllabae cantus. Apud Graecos quoque ideo προσῳδία dicitur, quia προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς. Accentus quidam *fastigia* vocaverunt, quod in capitibus litterarum ponerentur; alii *tenores* vel *sonos* appellant; non nulli *cacumina* retinere maluerunt. Sunt vero tres, acutus gravis et qui ex duobus constat circumflexus.

Ex his acutus in correptis semper interdum productis syllabis versatur, inflexus in his quae producuntur; gravis autem per se numquam consistere in ullo verbo potest, sed in his in quibus inflexus est aut acutus ceteras syllabas obtinet. In Graecis itaque dictionibus cum acutus tria loca teneat, ultimum paenultimum antepaenultimum, ultra numquam (neque enim refert plurium syllabarum esse partem orationis), apud Latinos duo tantum loca tenet, paenultimum et antepaenultimum; circumflexus autem, quotlibet syllabarum sit dictio, non tenebit nisi paenultimum locum. Omnis igitur pars orationis hanc rationem pronuntiationis detinet.

Omnis vox monosyllaba aliquid significans, si brevis est, acuetur, ut *ab*,

mĕl, fĕl; et si postione longa fuerit, acutum similiter tenorem habebit, ut *ărs, părs, pĭx, nĭx, făx.* Sin autem longa natura fuerit, flectetur, ut *lûx, spês, flôs, sôl, môns, môs, fôns, lîs.*

Omnis vox disyllaba priorem syllabam aut acuit aut flectit. Acuit, vel cum brevis est utraque, ut *déus, cítus, dátur, árat;* vel cum positione longa est utraque, ut *sóllers;* vel alterutra positione longa, dum ne natura longa sit, prior, ut *póntus,* posterior, ut *cóhors.* Si vero prior syllaba natura longa et sequens brevis fuerit, flectitur prior, ut *lûna, Rôma.*

In trisyllabis autem et tetrasyllabis et deinceps secunda ab ultima semper observanda est. Haec si natura longa fuerit, inflectitur, ut *Românus, Cethêgus, marînus, Crispînus, amîcus, Sabînus, Quirînus, lectîca.* Si vero eadem paenultima positione longa fuerit, acuetur, ut *Metéllus, Catúllus, Marcéllus,* ita tamen, si positione longa non ex muta et liquida fuerit. Nam mutabit accentum, ut *látebrae, ténebrae.* Et si novissima natura longa itemque paenultima sive natura sive positione longa fuerit, paenultima tantum acuetur, non inflectetur sic, natura, ut *Fidénae, Athénae, Thébae, Cýmae,* positione, ut *tabéllae, fenéstrae.* Sin autem media et novissima breves fuerint, prima servabit acutum tenorem, ut *Sérgius, Mállius, áscia, fúscina, Iúlius, Claúdius.* Si omnes tres syllabae longae fuerint, media acuetur, ut *Románi, legáti, praetóres, praedónes.*

The traditional accentual system of the Romans did not resemble that of the Greeks in all particulars. The word *accentus* is merely a translation of the Greek προσῳδία, and the names of the accents are also the same. Still, from a study of this passage, important differences may be noted.

Acute. This may stand on any one of the last three syllables in Greek; in Latin it can stand only on the penult or the antepenult, ***never on the ultima.*** In both languages it may stand on short or on long syllables.

Grave. This can stand only on the last syllable in Greek, and it may be the only accent of the word; in Latin it cannot stand by itself in any word, but in those in which the circumflex or the acute holds the other syllables. By the ancient Greek theory every syllable not having either the acute or the circumflex was said to have the grave accent.

Circumflex. This may stand on either of the last two syllables in Greek; in Latin it can stand only on the penult. In both languages it can stand only on syllables long by nature.

Monosyllables. If these are short, they have the acute in both languages; so also if they are long by position. If they are long by nature, in Greek they may have either the acute or the circumflex, but in Latin only the circumflex.

Dissyllables. In Latin a dissyllabic word ***must*** have the acute or the

circumflex on the first syllable. This law does not obtain in Greek. The position of the accent being determined, the laws for determining its nature are the same in Latin as in Greek.

Trisyllables, Tetrasyllables &c. The traditional Latin accentuation is here the same as the Greek, except that in Latin the penultimate law must be observed. The position of the accent is fixed by this law, and then its nature is determined exactly as in Greek.

Seeing then these important differences as well as resemblances, it seems reasonable to conclude that Diomedes considered the Latin accentual system as a system based on that of the Greeks, but so modified and adapted as to suit the predominating stress accent of the Latin language.

Diomedes p. 432, 1 K.

Pronomina etiam quae duplici modo declinantur, id est aut corripiunt aut producunt mediam syllabam genetivo casu, id ostendunt (sc. in trisyllabis observandam esse paenultimam): ut *ípsius íllius;* si vero mediae longae sunt, primae graves, secundae fiunt inflexae, ut *ipsîus illîus*. Ergo primae acutae sunt, cum mediae breves; cum vero mediae longae, primae graves.

Diomedes p. 432, 6 K.

Exponendum etiam placuit qui pedes acuto tenore aut circumflexo item ratione supra scripta congruunt. Omnis pars orationis quae possit infra scriptos pedes complere hanc accentus legem continet. In disyllabis partibus orationis prior syllaba semper acuitur aut inflectitur. Acuitur, si pyrrichium compleverit, sicut *púer bónus ámor:* item spondium indifferenter positum si habuerit, id est sive natura sit aut positione fuerit longa utraque syllaba, prior acuitur; natura, sicut *Cýmae Thébae héros;* positione, ut *sóllers:* iambum quoque, ut *Cáto Céres*. Trochaeum vero legitimum si compleverit, id est si natura longam priorem syllabam habuerit, circumflectitur, ut *mêta brûma praêtor;* sin autem positione longa fuerit prior syllaba memorati pedis, acuitur, ut *púlcher ásper*. In trisyllabis dactylus indifferenter positus et anapaestus, tribrachys quoque tertiam ab ultima acui desiderat: dactylus natura qui est, sicut *límina moénia sídera Claúdius;* positione qui fit, ut *Sérgius;* similter anapaestus, ut *Cícero régio:* item tribrachys, ut *álius*. Palimbacchius et amphibrachys in paenultima circumflexum habebunt, ita tamen ut sit natura longa eadem paenultima; palimbacchius, ut *Românus legâ'us*; item amphibrachys, ut *Cethêgus Sabînus montle*. Horum si positione longa fuerit eadem paenultima, mutabit tenorem et acutum habebit accentum; palimbacchius, ut *Marcéllus;* amphibrachys, ut *Metéllus Catúllus*. Bacchius et molossus indifferenter positi paenultimam semper acuunt, bacchius legitimus, sicut *Athénae Fidénae,*

positione, ut *tabéllae fenéstrae*. Huius autem pedis si paenultima positione longa ita fuerit, ut excipiatur tam ex muta quam ex liquida, accentus transfertur ad tertiam ab ultima, ut *ténebrae látebrae*, quod quidam hoc genus syllabae paenultimae omnino breve putabant, quia non terminatur consonanti, quidam longum, quoniam quamvis non terminetur consonanti nihilominus proxima syllaba a duabus incipiat consonantibus et quod natura litterarum *b* et *r*, quae mollis est, nunc longam nunc brevem syllabam efficiat. Ideoque factum est, ut varia haec nomina consuetudo pronuntiaret et *ténebras látebras* acuto accentu prima syllaba efferret. Molossus item semper acuitur, ut *Románi*. In tetrasyllabis autem et deinceps eadem accentus ratio semper custoditur. Monosyllaba fere quaecumque sunt verba prototypa *o* litteram tam versu quam etiam prosa similiter pródúctam habent.

Diomedes p. 433, 4 K.

Sane Graeca verba Graecis accentibus efferimus, si isdem litteris pronuntiaverimus.

Diomedes p. 433, 5 K.

In Latinis neque acutus accentus in ultima syllaba potest poni, nisi discretionis causa, ut in adverbio *poné* ideo, ne verbum putetur, et in quibusdam praepositionibus. Nam praepositiones separatae monosyllabae, quantum in ipsis est, acui debent, sed iunctae casibus aut aliis partibus interdum vim suam perdunt secunturque illarum naturam et gravi, non acuto, sono pronuntiantur, ut *prodûco dedûco*. Item inveniuntur raro disyllabae, quae acui desiderant, ut est *circúm intér*. Denique circumflexus ponitur in ea particula, quae est apud Vergilium *ergô: illius ergô Venimus*. *Con* quoque praepositio conplexa *f* vel *s* subiunctas litteras producta *o* pronuntiabitur; *f* ut *cōnfido cōnfero cōnfestim cōnfertus;* eodem modo *s*, ut *cōnsulo cōnscendo cōnsono cōnsisto cōnsul;* et versa vice eadem aliis litteris praeposita corripitur, ut *cŏnduco cŏntinuo cŏntio cŏnloco cŏnverto cŏnvoco cŏnprehendo cŏngrego*.

Diomedes p. 433, 19 K.

Item coniunctio complexiva sive copulativa *que* et disiunctiva *ve* et relativa *ne* adiunctae verbis et ipsae amittunt fastigium et verbi antecedentis longius positum cacumen adducunt ac iuxta se proxime conlocant; sic *que*, ut *liminàque laurúsque dei;* item *ve*, ut *Hyrcanísve Arabísve paránt* et *calathísve Minervae; ne*, ut *hominésne feraéne*.

Diomedes p. 433, 30 K: see Donatus.

Diomedes p. 433, 31 K.

Accentus in integris dictionibus observantur, in peregrinis autem verbis et in barbaris nominibus, maxime in interiectionibus nulli certi sunt. In

his enim maxime accentuum lex certa esse non potest, cum sit absurdum a turbato tenoris exigere rationem.

Diomedes p. 433, 35 K: see Donatus.

Diomedes p. 434, 1 K.

Accentus acuti nota ita ⁄ per obliquum ascendens in dexteram partem. Gravis nota ita \ a summo in obliquam dexteram partem descendens. Circumflexi nota de acuto et gravi figuratur, vel *c* deorsum spectans ∧. Longus linea a sinistra in dexteram partem aequaliter ducta—. Brevis virgula similiter iacens, sed panda et contractior, quasi *c* sursum spectans ◡. Sed in illis sonos, in his tempora dinosci videmus. Horum autem officio sic utimur, ne productionis vel correptionis ratio confundatur. Apud Latinos enim quinque litterae vocales tam producuntur quam corripiuntur. Inveniuntur itaque quaedam nomina homonyma et participiis et verbis similia, alia quoque adverbiis. De quibus quid dici potest, nisi quod accentus sit arbiter discernens utriusque significatus differentiam? Sic, [homonyma] *parens* obsequens significatur, intellegitur et pater: prius participium est tractum a verbo quod est *pareo*, posterius nomen. Quotiens igitur participium significat, primam syllabam producimus, ut est Vergilianus ille,

Iamque ibat dicto pārens;

eandem vero in altera significatione corripimus, ut est

Alma păreus.

Item verbis similia sic, *labor* est nomen et verbi prima positio: in nominis significatione primam syllabam corripimus, ut est

tot adire lăbores;

et in verbi producimus, ut est

matrisque adlābitur aures.

et

summas perlābitur undas.

Item adverbiis sic, *late* est et adverbium et verbum modi imperativi: in adverbio tam prima syllaba producitur, ut est

Hinc populum lāte regem,

quam in verbi significatione corripitur, ut est

Aut aliquis lătet error equo,

item

Nec lătuere doli

et

Ut superi voluere, lăte.

Omnia autem huiusmodi facilius ex metrica structura comprehenduntur. His adiciunt hyphen, cuius forma est virgula sursum sensim curvata subia-

cens versui et inflexa ad superiorem partem ◡. Hac nota subter posita utriusque verbi proximas litteras in una pronuntiatione colligimus, ita tamen tum cum ita res exegerit copulamus, ut est

Turnus ut ante‿volans

et

ante‿tulit gressum

et

Quam simul‿ac tali persensit p. t. c. I. c.

Et apud Sallustium 'iam primum iuventus simul‿ac belli patiens erat': simul‿ac hyphen legendum. Est enim una pars orationis. Huic contraria est diastole, dextera pars circuli ad imam litteram adposita. Hac nota male cohaerentia discernuntur, ut est

ereptae, virginis ira

et

viridique in litore conspicitur, sus.

Apostrophos item circuli pars dextera, sed ad summam litteram consonantem adposita cui vocalis subtracta est. Et hac nota deesse ostendimus parti orationis ultimam vocalem, cuius consonans remanet, ut est

tanton' me crimine dignum?

Ceterum δασεῖαν et ψιλὴν apud nos *h* vocali addita vel detracta demonstrat, id est scripta adspirationem, non scripta levigationem significat.

Diomedes p. 453, 29 K.

Soloecismus fit modis generalibus quattuordecim aut, ut quidam, quindecim; inmutatione generum tam nominis quam pronominis, casuum numerorum personarum temporum, per qualitatem verborum, per modos verborum, per adverbia, per praepositiones, per gradus conlationis, per geminationem abnuendi, per accentus, per ordinis immutationem . . . . . p. 455, 17 K: quartus decimus fit per inmutationem accentus taliter, ut si quis adverbium loci *ubi*, quod est positum pro adverbio temporis, acute pronuntiet et ita fiat locale, cum debeat esse temporale, ut est in illo versu,

Inde ubi vénere ad fauces.

Ubi enim graviter legendum est, quoniam significat *postquam*. Sic et alia similiter, ut si adverbium *póst* gravi accentu pronuntietur, erit praepositio; si acuto adverbium,

et longo póst tempore venit.

Diomedes p. 456, 18 K.

Tenor, quem Graeci dicunt *tasin* aut *prosodian*, in flexibus vocis servandus est. Nam quaedam acuto tenore, pleraque gravi, alia flexo desiderant enuntiari.

Sergius de acc. [in Don.] p. 482, 6 K.

Servius [Sergius]: born perhaps before 360.

Tenores sive accentus dicti sunt, quod naturalem unius cuiusque sermonis in vocem nostrae elationis servent tenorem. Dictus autem *accentus* est quasi adcantus iuxta Graeci nominis interpretationem, quod prosodia dicitur Latine adcantus. Sunt omnes accentus Latini VIII, acutus, qui fit ita ∕, gravis ita ∖, circumflexus ita ∧, factus scilicet de utroque, longus ita —, brevis ita ◡, hyphen ita ◡, diastole ita), apostrophus ita ’. Verum hoc interest inter diastolen et apostrophum, quod apostrophus ad caput litterae ponitur, diastole vero ad imam partem. Hoc ideo diximus, ne cui harum similitudo notarum aliquid erroris adferat. His ita se habentibus sciendum est quod acutus et gravis et circumflexus soli sunt qui, ut superius diximus, naturalem unius cuiusque sermonis in vocem nostrae elationis servent tenorem. Nam ipsi arsin thesinque moderantur, quamquam sciendum est quod in usu non sit hodierno gravis accentus.

Sergius de acc. [in Don.] p. 482, 19 K.

Verum lex accentuum ita est, quod syllabae in quibus isti poni debeant a fine numerantur. Nam si quantarumvis sermo sit syllabarum, circumflexus non tenebit ultra nisi paeneultimum locum. Acutus accentus in Latinis non tenebit nisi paeneultimum et antepaeneultimum locum: paeneultimum tunc in disyllabis, cum prior fuerit vel correpta vel positione longa, vel cum ambae naturaliter longae fuerint, vel cum ambae breves. Ita fit ut in disyllabis cum acuto accentu hi pedes coniuncti sint, trochaeus positione factus, iambus, pyrrichius, spondeus. In trisyllabis vel in quantovis numero syllabarum tunc est acutus, cum tres syllabae a fine breves naturaliter fuerint, ut *ánima mácula*, vel quidquid horum inventum fuerit, quae in disyllabis ante docuimus. Ita fit ut in trisyllabis hunc eundem accentum cognoscamus in tribracho, molosso, cuius ambae a fine syllabae aut naturaliter longae fuerint aut positione, aut prior positione longa, dactylo, anapaesto, amphimacro, amphibracho, cuius tamen media fit positione longa, bacchio naturali et antibacchio, cuius item media fit positione longa. Hucusque dictum est, in trisyllabis eius modi qui esse possint accentus. Nunc dicendum est, in qua parte trisyllabi acutus sit ponendus. In trisyllabis antepaeneultima accipit accentum, etiam si paeneultima sit longa positione ex muta et liquida, ut *látebrae cólubri;* in tribus longis paeneultima, ut *Maecénas*. Ubi antepaeneultima brevis fuerit, paeneultima vero longa, in paeneultima ponendus, ut *amícus*. Sane sciendum est quod monosyllaba pars orationis, quae vel naturaliter brevis est, ut *et que*, vel positione longa fit, acutum habebit accentum, ut *núx fáx*.

Sergius de acc. [in Don.] p. 483, 11 K.

Circumflexus accentus in disyllabis vel in trisyllabis vel in quantovis

numero syllabarum paeneultimum sibi tantum vindicat locum, et hac lege, ut, ubi fuerit hic accentus, paeneultima sit naturaliter longa. Ita fit ut huic accentui trochaeus naturaliter longus convenire videatur. Item monosyllaba pars orationis tunc istum habebit accentum, cum longa fuerit natura tantum, ut *sôl dôs*.

Sergius de acc. [in Don.] p. 483, 17 K.

Gravis vero accentus cum acuto et circumflexo accentu poni poterit. Possumus enim in eo quod est *Càtúllus* gravem ponere accentum cum acuto in antepaeneultima. Item cum circumflexo ita ponitur, ut *Cèthêgus*. Verum quia necesse non est ut cum reliquis ponatur, fiet scriptoris arbitrio. Sed hic gravis accentus non habet communionem eandem cum ceteris, quam cum circumflexo et acuto. Quam si tamen et cum ceteris habuerit, non habet nisi per istos, ut *malesânus intereâloci*. Sed nequis putet in huius modi sermonibus quattuor esse accentus, hyphen aut acutum aut circumflexum aut gravem, siquidem dicit in conpositis dictionibus unum accentum esse debere non minus, quam in una parte orationis. Sed sciendum est quod modo hyphen pro distinctione ponatur, gravis pro superfluo scriptoris arbitrio, ut supra dictum est. Restat igitur ut ex illis legitimis duobus iure dictionis positus dicatur accentus. Scire autem debemus quod nullum barbarum nomen vel verbum aliquod peregrinum nec interiectio certum poterunt accentum tenere. Nam in barbaricis nominibus nulla sui ratione sunt, sed quali volumus, sane non aspero, proferamus accentu. Graeca autem suis accentibus pronuntianda esse noscamus.

Sergius de acc. [in Don.] p. 483, 35 K.

Accentuum autem saepe dissipat legem vel distinctio, ut, cum debeat dici sub hyphen *malesanus*, male quis distinguendo dicat separans *male sanus;* vel pronuntiatio, ut, cum dicere debeamus *lâtebras*, legendo versum quis dicat

Impulerat ferro Argolicas foedare latébras

acute producens; vel necessitas separandi verba similia, ut, cum dicere debeamus *pône*, ut paeneultima habeat accentum, quia nullum Latinum verbum est in ultima syllaba habens accentum, necessitate ducti, ne putetur modus imperativus ab eo quod est *pono*, dicamus *poné*, ut adverbium significet loci: vel similiter *ergô*, ut intellegatur pro eo quod est *causa*, ut in Vergilio 'illius ergo venimus,' id est 'illius causa venimus.'

Sergius de acc. [in Don.] p. 484, 12 K.

Hyphen est nota, quae duo verba iungit ac nectit supposita, quae ducitur a praecedentis verbi fine usque ad initium sequentis, ut *interea‿loci*, cum tamen usus exegerit. Diastole est nota contraria hyphen. Hac enim vitiose coniuncta separamus, et ponitur ad imam partem litterae, quasi

retinens, ut 'ereptae, virginis ira' et 'viridique in litore conspicitur, sus.' Apostrophus est nota similiter facta ut diastole, sed ad summam partem litterae posita, scilicet consonantis, quae quasi sub vocali motu velata suspenditur. Scire etiam debemus Graecorum δασεῖαν et ψιλὴν ⊢ ⊣ notam adspirationis modo positam modo sublatam simulare.

[Sergius] de acc. p. 524, 19 K.

Accentus, quem Graeci προσῳδίαν appellaverunt, triplex est. Aut enim acutus est aut gravis aut inflexus in omnibus partibus orationis. Quaecumque enim monosyllaba fuerint, hoc est unius syllabae, si brevia sunt vel si positione longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut *nóx píx núx;* quae vero natura longa fuerint, accentu circumflexo pronuntiabuntur, ut *spês rês môs flôs dôs rôs:* gravem enim sonum non recipiunt. Disyllaba Latina priorem syllabam aut acutam habent aut inflexam, a gravi numquam incipiunt. Quorum si prior natura longa erit posteriore correpta, habebit in se circumflexum accentum, ut *Rôma rhêtor;* si posterior producta sit et prior seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut *léges sálus.* Etiam si ambae breves sint, acuetur prior, ut *déus hómo.* In trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps plurium syllabarum nominibus secunda ab ultima si brevis fuerit, tertiam ab ultima acuet, ut *Rutílius Horténsius;* si positione longa, ipsa acuetur et praecedentem gravem facit, ut *Catúllus Metéllus;* si natura longa fuerit et ultima brevis, secunda ab ultima inflectitur, ut *Murrânus Cethêgus Românus;* si autem longa erit ultima, paenultimae acutum dabimus accentum, ut *Athénae Fidénae.*

[Sergius] de acc. p. 525, 8 K.

Graeca nomina si isdem litteris proferuntur, Graecos accentus habebunt. Nam et cum dicimus *Thyás Naís*, acutum habebit posterior accentum, et cum *Themistô Callistô*, ultima circumflectitur; quod utrumque Latinus sermo non patitur, nisi raro, ut sola occurrit coniunctio *ergô*, in qua posterior circumflexa invenitur; item adverbium *pone*, ne sit verbum.

[Sergius] de acc. p. 525, 18 K: see Varro.

[Sergius] de acc. p. 526, 4 K.

Quod ad Latinos accentus attinet, sive stativos seu commutabiles, satis dictum. Nunc ut divisionem tripertivimus, superest ostendere, quem usum prosodiae circa Graeca nomina habere debeamus. In qua re cum plurimum erretur, via tamen est amovendi erroris brevissima, nisi forte quis eo demersus imperitiae est, ut in Graeca nostraque lingua toni simul et clinatus discrimen ignoret. Nam cum primis id convenit dispicere, Latinum merum sit nomen, an merum Graecum, an etiam inter utramque commune. Quorum de singulis suo ordine explicabimus.

Mera Latina appellanda sunt quibus nec origo nec declinatio a Graecia

est nec ullum adeo cum peregrinis commercium, ut *Cáto áquila.* Quae quo accentu efferenda sint, superiora declarant, cavendumque hoc unum, nequem Graecorum nominum similitudo a praescriptis regulis deducat, ut siquis dicat *cuspídis* acuens quamvis brevem paenultimam, eo in fraudem inductus, quod quorundam simile est Graecorum, ut *Phyllídos Aulídos*, quae in paenultima brevi acuuntur, cum potius *cúspidis* quasi *cássidis Tígridis Ísidis Thétidis Thýmbridis Dáphnidis* prima acuta proferendum sit, quia brevis est paenultima. Graeca autem mera sunt quae et e Graeco fonte manant et ita per casus numerosque clinantur [hoc est declinantur], ut numquam ab origine sua nec litterae quidem unius commutatione decedant. Haec in carminibus poetarum passim reperiuntur, ut in his Vergilii, 'quorum alter Acarnan' et 'fatidicae Mantus.'[1] Quae omnia ut a Graeca declinatione mutata non sunt, ita a Graeco tono corrumpi non debent. Quare *Acarnân Mantûs Orphî* flexa ultima legenda sunt, *Pallás* autem et *Allectó* eadem ultima acuta, quorum neutrum in Latinis fieri solet nominibus. Item cum legimus 'nec longe Cissea durum' et 'liquidumque per aera lapsae' et 'Epytiden vocat,' *Cisséa aéra Epytíden*, quamvis contra regulam Latinam, tamen, quia Graeca sunt, paenultima acuta pronuntiare debemus. Sic et in his,

Creber utraque manu pulsat versatque Dareta,

'Dodonaeosque lebetas,' *Dáreta* et *lébetas* per se legere debemus, quamvis utrobique natura longa sit paenultima; sed quia Graeca sunt germana, Latinorum accentuum lege se liberant. Communia vero sunt quae ab alterutro orta sermone in alterius declinationem concedunt, idque fit modis duobus. Nam aut Latina declinantur in Graeca, ut *Scipiades Memmiades*, aut Graeca de stirpe sua degenerant et Latine declinantur, ut 'aeris in campis latis' et 'Euandrum petimus.'

Latina, quae Graecae declinationis colorem duxerunt, Graecum quoque retinent accentum. Quare ut *Miltiádes Asclepiádes*, ita *Luciádes* et *Memmiádes Scipiádes* acuta quamvis brevi paenultima proferuntur. At quae radicem ducunt a Graecia et iugo Latinarum declinationum succedunt, bifariam deducta ambiguas tonorum vias secuntur. Atque ideo *aetheris* et *aeris*, quia origine Graeca sunt, Graecae quoque prosodiae formam apte recipiunt, ut *aéris aethéris* sic dicantur Latine paenultima acuta, quasi Graece ἀέρος αἰθέρος; quia autem declinatione facta sunt Latina, inpune ritu nostro in prima syllaba acuuntur, quia brevis est paenultima, ut sit *áeris áetheris*, quasi *ánseris ásseris*. Similiter *Simoentis Thermodontis* pro-

[1] See Keil p. 526, l. 24, adn.

paroxytona sunt, si ad Graecos respicias, qui sic faciunt Σιμόεντος Θερμώδοντος; paroxytona autem, si ad nostram redigas regulam: quo modo dicimus *sapiéntis audéntis*, sic *Simoéntis Thermodóntis*. Eadem ratione *Euándrum tyránnum*, quasi *amándum Británnum*, paenultima acuta, quia positione longa est, proferimus, Latinum secuti praeceptum. Et rursus in isdem nominibus tertiam ab ultima acuere absurdum non est et ita enuntiare, *Eúandrum týrannum*, ut Graeci Εὔανδρον τύραννον dicunt. Nomina utrolibet tenore proferre [iudicio opus est, quo id potius dicatur, quod minime respuant aures], dum modo auribus eo serviamus. In quibusdam enim nominibus licet videre plerosque recti casus ambiguo tenore deceptos mendose oblicos proferre, ut qui in patrico casu *Eúandri* et *týranni* primam syllabam acuunt potius quam mediam, nullam secuti rationem. Nam neque a Graecis ea nomina, cum casu isto sunt, aliter quam paenultima acuta proferuntur, Εὐάνδρου τυράννου dicentibus, nec rursum a nobis, quia paenultima positione longa semper acuenda nobis est. [Tertia ab ultima a non nullis acuitur. Nam paenultimam acui tam Latina iubet ratio, quia longa est, quam Graeca, quia παροξυτόνως dicunt.] Idem in dativo ablativoque casu servandum est, ut cum apud Vergilium legimus

Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho

et

Quod fieri ferro liquidove potest electro,

item 'Centauro invehitur magna' et 'Sergesto Mnesthique' et 'classemque sub ipsa Antandro.' Haec omnia nomina *Aracýntho eléctro Centaúro Sergésto Antándro* paenultima acuta proferuntur, quamvis recto et accusativo casu possunt acutam tertiam ab ultima habere. Sed in recto atque accusativo casu solet quidam error plerosque obtinere, qui in his versibus,

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora

et 'huc casta Sibylla,' inperite proparoxytona faciunt *Cássandra* et *Síbylla*, cum id sinant neque Latina praecepta, quia est paenultima positione longa, neque adeo Graeca, cum sint paroxytona Κασσάνδρα et Σιβύλλα, quoniam, ubi longa est ultima in Graecis, tertiam a se acutam esse non patitur.

[Sergius] de acc. p. 528, 28 K.

Accentus proprie qualitas syllabarum est, hoc est indicium tempora syllabarum naturam positionemque significans. [Sunt enim tres, acutus gravis inflexus; hi a Graecis προσῳδίαι dicuntur.] Ergo in hoc cognoscere debes quoniam littera vocalis facit accentum secundum ordinem syllabarum cuiuslibet partis orationis primo loco, secundo vel tertio.

[Sergius] de acc. p. 529, 1 K : see Varro.

[Sergius] de acc. p. 531, 10 K : see Varro.

[Sergius] de acc. p. 532, 16 K : see Varro.

[Sergius] de acc. p. 533, 1 K : see Varro.

[Sergius] explan. in Don. p. 560, 14 K.

(De participio)* adiectione declinatione accentu: conparatione, ut *doctus doctior:* adiectione, ut 'nate dea'; si *nate* tantum modo dicas, participium est; si adiungas *dea*, nomen est *nate:* accentu, *pâreo pârens:* declinatione sic, nomen est, quando quartae declinationis est; quando secundae, participium.

[Sergius] explan. in Don. p. 560, 19 K.

Coniunctiones quoque sunt non minima parte acuti tenoris.

Servius [Sergius] c. in Don. p. 435, 31 K.

Cuias et *nostras* vel *cuiates* et *nostrates* (nam utrumque dicimus secundum Plauti auctoritatem) gentem significant, id est 'cuius gentis,' [optimas] 'nostrae gentis'. Plerique accentum in ultima syllaba ponunt, quando dicimus *cuias;* sed prave. Nam nulla pars orationis est Latina absque praedictis, quae potest in ultima accentum tenere.

Servius [Sergius] c. in Don. p. 439, 27 K.

Item verbum plerumque et adverbium est. Quando enim dico *pône* prima syllaba accentum habente, erit verbum; quando ultimae syllabae do accentum, erit adverbium.

Servius [Sergius] c. in Don. p. 440, 7 K.

Illud fideliter tenere debemus, numquam separatim praepositionem adverbiis posse coniungi, veluti *de mane, de noctu.* Quod autem invenimus *indocte* et *infrequenter*, sunt quidem praepositiones, sed non separatim, sicut sunt etiam illae particulae, quas ipse ponit artigrafus, *desursum deorsum deinceps.* Ita enim constant duae partes orationis, ut uno ambae nitantur accentu.

Servius c. in Don. p. 425, 7 K.

Arsis dicitur elevatio, thesis positio. Quotienscumque contingit ut tres sint syllabae in pede vel quinque, quoniam non licet in divisione temporum syllabam scindi, sed aut principio adplicatur aut fini, idcirco debemus considerare, media syllaba cui parti coniungi debeat. Et hoc ex accentu colligimus. Nam si in prima syllaba fuerit accentus, arsis duas syllabas possidebit; si autem in media syllaba, thesi duas syllabas damus.

Servius c. in Don. p. 426, 7 K.

Accentus dictus est quasi adcantus secundum Graecos, qui *προσῳδίαν* vocant. Nam apud Graecos *πρός* dicitur ad, cantus vero *ᾠδή* vocatur. Plane sive accentum dicas sive tonum sive tenorem, idem est. Omnis accentus aut acutus est ╱ aut circumflexus ∧. Acutus dicitur accentus, quotiens cursim syllabam proferimus, ut *árma;* circumflexus vero quotiens

tractim, ut *Mûsa*. Nam gravis accentus \ in Latino sermone paene usum non habet, nisi quod vel cum acuto vel circumflexo poni potest, in his scilicet syllabis, quae supra dictos accentus non habent. Unus autem sermo unum recipit accentum, vel acutum vel circumflexum; utrumque autem simul habere non potest.

Accentus in ea syllaba est, quae plus sonat. Quam rem deprehendimus, si fingamus nos aliquem longe positum clamare. Invenimus enim naturali ratione illam syllabam plus sonare, quae retinet accentum, atque usque eodem nisum vocis ascendere.

Accentus autem computantur non a prioribus syllabis, sed ab ultimis, id est retrorsum, nec possunt ascendere nisi usque ad tertiam syllabam a fine. Graeci acutum accentum in tribus syllabis ponunt, id est in ultima et paenultima vel antepaenultima; circumflexum vero in duabus, id est in ultima et paenultima. Latinitas autem in ultima syllaba nullum ponit accentum. Unde fit ut acutus accentus apud Latinos duos possideat locos, paenultimum et antepaenultimum, circumflexus unum paenultimum tantum.

In monosyllabis partibus orationis quotiens syllaba naturaliter longa est, circumflexum habet accentum, ut *rês dôs;* quotiens vero vel naturaliter brevis est vel positione longa, acutum habet accentum, ut *néc níx nóx.* Nam in accentibus syllaba sive naturaliter brevis sive positione longa indifferenter accipitur.

In disyllabis vero unus modus est, qui circumflexum ostendit accentum, quotiens prior naturaliter longa est et ultima naturaliter brevis, ut *mêta Crêta Rôma*. Aliter vero acutum habet, sive ambae natura longae fuerint, ut *léges*, sive positione longae, ut *prínceps*, sive naturaliter breves, id est duae syllabae, ut *égo*, ut ait Vergilius 'ast égo quae divum incedo'. Sic et sive prior positione longa sit, ut *árma*, sive posterior, ut *Árabs*, ubique acutus, ut diximus, accentus est.

In trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps (nam necesse est ut trisyllaborum rationem omnia posasyllaba sequantur, eo quod usque ad tres syllabas a fine ascendit accentus) tertia a fine syllaba acutum semper habebit accentum. Numquam enim ad ipsam circumflexus ascendit. Tunc autem supra dictum habebit accentum, cum secunda a fine fuerit naturaliter brevis, ut *Rómulus:* nam ideo *Ro* habet accentum, quia *mu* syllaba brevis est. Quotiens autem paenultimo loco longa est, ipsa habebit accentum; quem autem habeat, de disyllaborum ratione cognoscimus.

For a similar discussion, see Diomedes above (p. 431, 1 K).

Servius c. in Don. p. 427, 6 K.

Quattuor sunt particulae, quae corrumpunt in pronuntiando regulas accentuum hae, *ve ne que ce*. Nam quotienscumque istae particulae se-

quuntur, faciunt accentus in ultimis syllabis superiorum esse sermonum, ut *Musâque Musâne Musâve illiûsce huiûsce.*

See Varro above (p. 218, 8 G–S.).

Servius c. in Don. p. 427, 10 K.

Graeca verba tunc Graecis accentibus proferimus, cum Graeca fuerit declinatio. *Hos Arcades* quoniam Latina declinatio est, prior syllaba habebit accentum, id est tertia a fine; quando autem dicimus *hos Arcadas*, media, quoniam declinatio Graeca est.

'Itaque' pars orationis quaeritur utrum correpta media an producta dici debeat. Scire debemus quoniam tunc corripitur media, [id est] cum una pars fuerit orationis; tunc vero producitur, cum duae. Hoc intellegere ex elocutionibus possumus. Nam siqui dicat 'itáque fecit,' 'itáque dixit,' pro duabus est, nec in aliqua elocutione potest esse pro duabus, nisi in ea ubi pro simplici ponitur.

Servius c. in Don. p. 444, 12 K.

Fit autem barbarismus principaliter modis duobus, pronuntiatione et scripto: pronuntiatione, si aut naturaliter longas syllabas breviter proferamus, ut *Rŏmam*, aut si naturaliter breves producamus, ut *rōsam*. Scripto vero quem ad modum fit? Modis quattuor, id est per adiectionem detractionem inmutationem transmutationem; et fit quinque rebus, littera syllaba accentu tempore adspiratione. Haec omnia aut adiciuntur aut detrahuntur. . . . . (adicitur) accentu, ut *hîc;* aliter enim pronomen, aliter adverbium pronuntiandum est: . . . . (detrahitur) accentus, quando dicimus *dêinde;* mediam enim habere debuit acutam, quia positione longa est.

Servius de fin. p. 451, 9 K.

Medias syllabas tribus modis cognoscimus, positione et diphthongis et accentu. Sed de positione et diphthongis supra tractavimus. Accentus autem est quasi adcantus dictus, quod ad cantilenam vocis nos facit agnoscere syllabas. Qui vocis accentus duo sunt ad ea quae tractamus necessarii, correptus et productus. Correptus est, quotiens sine ulla mora vocis medias syllabas enuntiamus, ut *moenia tabula.* Productus est, quotiens medias syllabas cum aliqua mora vocis exprimimus, ut *fortûna natûra.* Sciendum est tamen, quia illa quae in verbis *i* correpta proferuntur, cum in medium venerint et ipsam *i* in *e* mutaverint, ut *legis lege legere*, ubique breviantur; excepto cum a tribus excipiuntur consonantibus *b* et *m* et *t*, ut *legêbam legêmus legêtur*. Cetera melius accentibus colliguntur. Qui accentus in trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps ita considerandus est, ut si quaeratur *amicissimorum* quibus syllabis constet, et dicimus primam brevem exemplo, ut 'nimium dilexit amicum'; secundam cum longo accentu

invenimus; tertiam positione longam; quartam brevem accentu, quia, cum dicimus *amicíssimus*, paeneultimam cum brevi accentu invenimus; quintam longam accentu. Ultima vero qualis sit, per singulas partes orationis monstrabunt rationes subiectae.

Servius in Buc.

Notandum quoque *Bucolica* vel *Georgica* cum apud Graecos in fine habeant accentum, apud nos in tertia a fine habere: nam ut in ultima sit, Latinitas vetat, ut in paenultima non sit, brevitatis efficit ratio.

Servius ad Ecl. I, 30.

Respexit tamen et longo post tempore venit] Aut ἀρχαϊσμὸς est: antiqui enim *post*, *ante*, *circum* etiam ablativo iungebant, quod hodie facere minime possumus, aut *longopost* una est pars orationis, ut sit sensus *venit tempore longopost;* sicut *multominus*, *multomagis*, *postmodo*. Horatius: *Postmodo quod mi obsit clare multumque locuto*. Et *longopost*, ut postposita videatur esse praepositio et in unitatem coacta.

Servius ad Ecl. II, 31.

Mecum una in silvis imitabere Pana canendo] Sane sciendum *Pâna Pa* habere accentum: Graeca enim monosyllaba, quae ad nos transeunt, crescunt in obliquis casibus: et in genetivo et dativo tantum singularibus ultimae syllabae accentum dant, ut *Panós*, *Paní*, *lyncós*, *lyncí;* plurales [vero] etiam isti duo ita habent accentum, licet ad nos transire [non] possint.

Servius ad Ecl. V, 3.

Hic corulis mistas intèr consedimus ulmos] Sane *inter* praepositio, quia postposita est, mutavit accentum, sicut *circûm*.

Servius ad Ecl. X, 1.

Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem] Sane *Arethusa* secundum Latinitatem in paenultima habet accentum; secundum rationem Graecam in tertia a fine ['Αρέθουσα], sicut et Creûsa [et Κρέουσα].

Servius ad Ecl. X, 18.

Et formosus oves ad flumina pavit Adonis] *A* habet accentum, quia Graecum est nomen: tamen et [iam] Latine sic dicimus: nam *Adon* nusquam lectum est.

Servius ad Georg. I, 59.

Eliadum palmas Epíros equarum] Sane *Epiros* Graece profertur, unde etiam *E* habet accentum; nam si Latinum esset *Epírus*, [*Epíri*,] *pi* haberet [accentum], quia longa est.

Servius ad Georg. II, 1.

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli] *Hactenus*, ut multi volunt, una pars orationis est, et est adverbium significans *hucusque;* alii duas partes volunt, pronomen et adverbium, ut sit *tenus hac*, sicut *Et crurum tenus a mento palearia pendent*. Sed melius est unam partem accipere orationis *hâctenus*.

Servius ad Aen. I, 32.
Errabant acti fatis maria omnia circûm] In fine accentum ponimus contra morem Latinum; sed corruptio haec facit: namque praepositio postposita corrupta est sine dubio.

Servius ad Aen. I, 41.
Unius ob noxam] In istis sermonibus *unius, illius, ipsius* naturaliter media producitur syllaba; sed cum opus est corripitur hac excusatione, quod, quotiens vocalem longam vocalis sequitur, superiori vim detrahit, ut est *Insulae Ionio in magno* et *sub Ilio alto;* et ob hoc mutant accentum: in Latino enim sermone cum paenultima corripitur, antepaenultima habet accentum, ut hoc loco *ûnius ob noxam*, et contra *Navibus infandum omissis unîus ob iram Prodimur*.

Servius ad Aen. I, 100.
Sarpedon: ubi tot Simois correpta sub undis] *Sarpedon* et in ultima possumus accentum ponere et in paenultima: nam Homerus et *Sarpedonis* declinavit et *Sarpedontis*, unde et varius accentus est: *Sarpedonis* enim [in] antepaenultima habet accentum, *Sarpedontis* [in] paenultima. Sed *Sarpedôntis* usurpavit; naturalis autem declinatio est *Sarpêdon Sarpêdonis*, ut *Mêmnon Mêmnonis, Sînon Sînonis:* si autem genetivum in *dontis* miserit, a circumflexo venit, qui est in ultima syllaba nominativi, ut *Demophõn, Demophõntis;* [*Laocõn, Laocõntis*]*:* sic ergo et *Sarpedõn Sarpedõntis*.

Simois nomen hoc integrum ad nos transiit, unde suo est accentu proferendum: nam si esset Latinum, in antepaenultima haberet accentum, quia secunda a fine brevis est.

Servius ad Aen. I, 116.
Ast illam ter fluctus ibidem] *Ibidem* et *ubinam* multi dubitant ubi esse debeat accentus, quia *ibi* et *ubi* naturaliter breves sunt; sed ratione finalitatis plerumque producunt[1] in versu nescientes hanc esse rationem, quia pronuntiationis causa contra usum Latinum syllabis ultimis, quibus particulae adiunguntur, accentus tribuitur: ut *Musâque, illêne, huiûsce*, sic ergo et *ibîdem*.

Servius ad Aen. I, 232.
Quid Troes potuere] *Troes* erit nominativus *Tros*, et haec breviter scienda regula est; quia omnia enim nomina monosyllaba Graeca, quae in Latinum sermonem transeunt, tertiae sunt tantum declinationis et tam Latine quam Graece declinari possunt, ut *Trôs Trôis* et *Troôs*, *Pân Pânis* et *Panôs*, ut: *Arcadici dictum Panôs de more Lycaei.*

Servius ad Aen. I, 384.
Ipse ignotus egens Libyae deserta peragro] *per* habet accentum; nam *a* longa

[1] See Schoell p. 136, adn. 2.

quidem est, sed non solida positione; muta enim et liquida quotiens ponuntur, metrum iuvant, non accentum.

Servius ad Aen. I, 451.

Leniit] Quartae coniugationis tempus praeteritum perfectum vel in *vi* iunctum exit, vel sublata digammo in *ii* pro nostro arbitrio, ut *lenii lenivi*, *audii audivi*. Sane cum in *vi* exit, paenultima longa est et ipsa accentum retinet; cum vero in *ii*, paenultima brevis est et perdit accentum, quia—ut supra diximus *Unius ob noxam*—quotiens vocalis vocalem sequitur, detrahit longitudinem praecedenti; sed hoc in metro, ubi necessitas cogit, nam in prosa et naturam suam et accentum retentat. Nunc ergo *léniit*, tertia a fine habet accentum, quia paenultima brevis est. Sane plerumque accentum suum retinet etiam sermo corruptus, ut *Mercúri*, *Domíti*, *Ovídi:* tertia a fine debuit habere accentum, quia paenultima brevis est, sed constat haec nomina apocopen pertulisse: nam apud maiores idem erat vocativus qui et nominativus, ut *hic Mercurius*, *O Mercurius*, unde *cu* licet brevis sit, etiam post apocopen suum servat accentum.

Servius ad Aen. I, 683.

Tu faciem illius noctem non amplius unam] Sane *illius* in Georgicis corripuit, ut *Illius immensa.*

Servius ad Aen. II, 476.

Una ingens Periphas] Ultima accentum non habet, ne femininum sit, nec tertia a fine, quia novissima longa est: ergo *ri* habebit accentum.

Servius ad Aen. II, 681.

Manus intér] Mutavit accentum praepositio postposita. Sane *inter* plerumque postponitur, sed raro apud Vergilium, ut *Hunc intér fluvio Tiberinus amoeno.*

Servius ad Aen. II, 725.

Pone subit coniunx] *Poné* [post; sed loco tantum, non et tempori adiungitur; et] adverbium est; atque ideo ultima syllaba habet accentum.

Servius ad Aen. II, 778.

Comitem asportare Creusam] Quia Latina declinatio est, erit Latinus accentus.

Servius ad Aen. II, 779.

Superi regnator Olympi] Cur in paenultima accentus sit, manifesta est ratio apud Latinos, quamquam Graeci discretionem velint per accentum facere montis et caeli, quod superfluum est.

Servius ad Aen. III, 3: see Probus.

Servius ad Aen. III, 91.

Liminaque] *que* brevis est pro longa posita; quae hac ratione defenditur. Aut quia omnia monosyllaba ad artem non pertinent, et his licenter uti

possumus; aut certe quia omne *μόριον*, i. e. particula, quae sui substantiam non habet, membrum putatur superioris orationis, quod si est, *liminâque* quasi una pars orationis est; et potest *que* finalitatis ratione vel produci vel corripi.

Servius ad Aen. III, 286.

Magni gestamen Abantis] Paenultima habet accentum.

Servius ad Aen. III, 569.

Ignarique viae Cyclopum allabimur oris] *Cyclôpum clo* habet accentum, quia Latina declinatio est; in accusativo, quia Graece posuit *Cyclopas Cy* habet accentum; [si] *Cyclopes, clo* habebit [accentum].

Servius ad Aen. IV, 8.

Cum sic unanimam adloquitur male sana sororem] Non plene sana, amore vitiata; *male* enim plerumque *non* plerumque *minus* significat . . . . [et quidam nolunt ὑφέν legere nec esse compositum verbum, quia composita unum plerumque corrumpant necesse est, ut *malesuada*].

Servius ad Aen. IV, 268.

Claro demittit Olympo] Accentus sane Graecus tunc potest esse, si sit Graeca declinatio, ut Ὄλυμπος Ὀλύμπου: nam Latine *Olympi* [facit].

Servius ad Aen. IV, 416.

Anna vides toto properari litore circûm Undique convenere] [*circum* non est praepositio sed adverbium loci] nam postposita praepositio et accentum mutavit et suas perdidit vires.

Servius ad Aen. V, 603.

Hac celebrata tenus] Tmesis est [hoc est] *hac tenus*, et hic sermo, quantum ad artem spectat duas continet partes orationis, ut *hac* pronomen sit, *tenus* praepositio, sicut *pube tenus* et *crurum tenus;* sed iam usus obtinuit, ut pro una parte habeatur, ergo adverbium est. Etenim omnis pars orationis cum desierit esse quod est, in adverbium migrat; et est temporis: nam *hucusque* significat.

Servius ad Aen. V, 613.

At procul in sola secretae Troades acta] *Acta* mutata η in *a* superiori accentum damus, ut Ἑλένη, *Hélena*, Κίρκη, *Círca;* ergo quoniam et ἀκτή Graecum est, cum *acta* facit, paenultima habere debet accentum: sed propter differentiam commutatur, ne non secreta et amoena litorum, sed participialiter *ácta* significet.

Servius ad Aen. V, 665.

Incensas perfert navis Eumelus et ipsi] *Eumêlus* Latinus accentus est translato nomine in Latinum. [Nam Graece dicitur Εὔμηλος et *diligens* interpretatur.]

Servius ad Aen. VI, 173.
Aemulus exceptum Triton, si credere dignum est] *Trîton* paenultima accentum habet, nam *Tritonis* facit. Si enim ultima habeat *Tritônis* facit, quod non procedit: ut *Demophôn*, *Demophôntis*.

Servius ad Aen. VI, 670.
Illius ergo Venimus] Propter illum [vel causa illius]. *Ergo* autem coniunctio fuit, sed per accentus mutationem in adverbium transit: et est sola particula, quaé habet in fine circumflexum. Multi male putant nomen esse indeclinabile et dicunt positum esse pro *causa; causa* autem nomen est, quod ponitur pro ratione; qui casus declinatione caret [Graece autem χάριν vel ἕνεκα].

Servius ad Aen. VI, 743.
Exinde per amplum Mittimur Elysium] *Éxinde* una pars orationis est et in tertia a fine accentum habet, licet paenultima longa sit; quod ideo factum est, ut ostenderetur una pars esse orationis, ne praepositio iungeretur adverbio, quod vitiosum esse non dubium est.

Servius ad Aen. VI, 826.
Quas fulgere cernis in armis] *fûlgere* ab eo quod est *fulgo fulgis* [accentum habet in prima].

Servius ad Aen. VII, 231.
Non erimus regno indecores] *Dĕcus dĕcoris*, sicut *pĕcus pĕcoris*, *nĕmus nĕmoris*, *o* in genetivo correptum est. Omnia enim in *us* exeuntia neutra, in genetivo singulari paenultimam corripiunt, excepto *pelagus*, quod Graecum est. Unde et *vulgeris* dicitur secundum regulam, licet de hoc nomine aliud auctoritati placuerit. *Dĕcor* vero *decôris* facit paenultimam in genetivo productam. Omnia enim in *or* exeuntia in genetivo producuntur exceptis quinque *arbor*, *marmor*, *memor*, *immemor*, *aequor:* unde quaeritur *indĕcores* a quo sit nominativo. Ab eo quod est *indecus* non potest venire, quia lectum non est, et quia *decus* neutrum regit genus, non masculinum. Restat ut dicatur ab eo quod est *indecor* venire *indecores:* nam et lectum est et masculinum est. Sed *dĕcor decôris* facit producta paenultima, quam Vergilius corripuit. Ergo aut systole est, aut certe dicendum huius nominis nominativum non inveniri, sicut in multis nominibus fit; quod et melius est. Nam systole sine exemplo fieri non debet.

Servius ad Aen. VIII, 15.
Quid struat his coeptis, quem, si fortuna sequatur, Eventum pugnae cupiat] Si eum fortuna comitetur, quem finem suae velit esse victoriae, ipsum melius nosse, qui iam antiquus est hostis. [Ergo *quĕm* acute pronuntiandum, ut sit ordo *quem eventum pugnae cupiat, si fortuna sequatur*.]

Servius ad Aen. VIII, 190.
194: *Semihominis Caci facies*] *Cacus* secundum fabulam Vulcani filius fuit . . . . Veritas tamen secundum philologos et historicos hoc habet hunc fuisse Euandri nequissimum servum ac furem; novimus autem malum a Graecis *κακόν* dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant; postea translato accentu *Cácus* dictus est, ut *Heléne Hélena.*

Servius ad Aen. VIII, 647.
Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat] [Sane] *Porsénna;* unum *n* addit metri causa, unde et paenultimae datus accentus est. Nam *Pórsena* dictus est; Martialis: *Hanc spectare manum Porsena non potuit.*

Servius ad Aen. X, 471.
Sarpedon, mea progenies] Secundum Virgilii declinationem, ut *nothum Sarpedonis alti*, paenultima habebit accentum in nominativo; secundum Homerum, qui et *Sarpedóntos* et *Sarpédonos* facit, et ultima et paenultima [syllaba habet accentum].

Servius ad Aen. X, 542.
Lecta refert humeris tibi, rex Gradive, tropaeum] *tropaeum* declinatio Latina est, unde paenultima habebit accentum; in numero vero plurali, quia *tropaea* dicimus, sicut Graeci, nec aliquid inde mutamus, erit in antepaenultima accentus, sicut apud Graecos [scilicet tertia syllaba a fine].

Servius ad Aen. X, 668.
Tanton' me crimine dignum Duxisti?] *Tantôn'* pro *tantône*, et constat mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integrae habuerunt. Nam *μόρια* i. e. minores particulae, ut *que, ve, ne, ce,* quotiens iunguntur aliis partibus, ante sé accentum faciunt, qualislibet sit syllaba, quae praecedit sive brevis sive longa; ut *Musáque, huiúsve, illúcce, tantône* [*addúce, dedúce*] et haec mutilata similiter proferuntur, scilicet sub eodem accentu.

Servius ad Aen. XI, 263.
Exulat, Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes] *Cýclopas*, Graecae declinationis accusativus est, unde Graecum habebit accentum: nam Latine *Cyclôpes* diceret; sed sic versus stare non poterat.

Servius ad Aen. XI, 423.
Cur indecores in limine primo] *Décor decôris* facit, sicut *aúctor auctôris; décus décoris*, sicut *pécus pécoris*. Similiter facit in compositione *índecor indecôris, índecus indécoris*. Ergo in neutro *co* brevis est, in masculino producitur; unde apparet systolen fecisse Vergilium. Nam *indécores* nominativus est pluralis a masculino, ab eo quod est *índecor*. Nam non potest *hic indecus* facere: neutrum enim *us* terminatum masculinum ex se non facit. Aut certe dicamus *indécores* declinationem esse cuius nominativus singularis non invenitur.

Servius ad Aen. XI, 463.

Maniplis] Ars quidem exigebat, ut ***ma*** haberet accentum, ***ni*** [enim] longa quidem est, sed ex muta et liquida: quod quotiens fit, tertia [syllaba] a fine sortitur accentum, ut *lâtebrae tênebrae*. Tamen in hoc sermone, ut secunda a fine habeat accentum, usus obtinuit.

Servius ad Aen. XI, 659.

Quales Threiciae cum flumina Thermodontis] *Thermodoontis* plenum est *Thermodoon*, sed per synaeresin *Thermodôn* facit, unde *don* circumflexum habebit accentum. Graeca enim nomina necesse est ut circumflectantur, quotiens fit synaeresis exigente metri [ratione vel] necessitate; ergo si sit *Thermodóon*, *do* acutum habebit accentum; quod si *Thermodôn* fecerit, et in finalem transfertur et mutatur accentus: nam circumflexus fit.

Servius ad Aen. XI, 666.

Euneum Clytio primum patre] *Eunêum*, quia Latina est declinatio, ideo *ne* accipit accentum: nam Statius, quia Graece declinavit, Graecum accentum posuit dicens [*nunc*] *Euneos ante Et nunc ante Thoas* et *Euneon audit*.

Servius ad Aen. XII, 177.

Quam propter] [*própter* paenultima] *ter* habet accentum, quia est postposita praepositio [i. e. *propter quam tantos*, ut Graece *περὶ βασιλείας*, cum contra dicatur *βασιλείας πέρι*, quia est postposita praepositio].

Servius ad Aen. XII, 375.

Bilicem loricam] *li* longa est et accentum habet, sicut *bifilum fi* producitur, quia et *fíla* et *lícia* dicimus.

Servius ad Aen. XII, 503.

Tantôn' placuit concurrere motu] Sane *tantôn'*, *tôn'* circumflectitur. Nam cum per apostrophum apocopen verba patiuntur, is qui in integra parte fuerat, perseverat accentus, ut *tantône* inde fit *tantôn'* ut et *Tantôn' me crimine dignum?*

Dositheus p. 377, 6 K.

Dositheus: perhaps latter part of 4th century.

Accentus est unius cuiusque syllabae proprius sonus, quem Graeci *προσῳδίαν* dicunt. Accentus quasi accantus. Accentus in Graeca lingua sunt VII, in Latina V, acutus gravis circumflexus longus brevis. In omni parte orationis Latinae, item ut Graecae, aut acutum aut circumflexum accentum poni necesse est, nec amplius quam unum, vel hunc vel illum. Nam gravis ponitur in pluribus.

Acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et paenultimam et ei proximam syllabam, apud nos duobus tantum locis poni potest, in paenultima, ut *praelegísti*, aut in ea quae a fine sit tertia, ut *praelégimus*. Circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syllabarum, non ponitur nisi paenultimum locum poterit invenire, ut *turbâre*.

Monosyllaba, quaecumque positione longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut *píx;* quae natura longa erunt, circumflexo accentu pronuntiabuntur, ut *rês.* In disyllabis, si prior natura longa erit posteriore correpta, prior circumflectetur, ut *hôra Rôma:* si posterior producta sit, prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut *léges sálus;* et si ambae breves sint, acuetur prior, ut *déus hómo.*

In trisyllabis tetrasyllabisve aut quae plures syllabas habebunt, si paenultima brevis fuerit, quae eam praecedit acuetur, ut *Túllius Horténsius:* si paenultima positione longa fuerit, ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut *Catúllus:* si paenultima naturaliter producta erit, ita ut ultima brevis sit, paenultimam circumflectemus, ut *Cethêgus:* si autem longa erit ultima, paenultimae acutum dabimus accentum, ut *Athénae Fidénae.*

See above, Diomedes (p. 431, 1 K) and Servius c. in Don. (p. 426, 7 K).

Dositheus p. 379, 1 K.

Graeca nomina, si isdem litteris proferentur, Graecos accentus habebunt. Nam et cum dicimus *Thyiás Naís*, acutum habebit posterior accentum, et cum *Themistô Calypsô*, ultimam circumflecti videmus; quod utrumque Latinus sermo non patitur, nisi admodum raro sensus discernendi gratia, ut occurrit *ergô* coniunctio, in qua posterior circumflexa deprehenditur. Item adverbium *poné* posteriore acutum recipit, ne sit verbum.

Dositheus p. 379, 8 K.

Est autem forma acuti accentus I obliqua in partem dexteram scandens, gravis accentus forma I obliqua in partem dexteram descendens. Circumflexum designat accentum C deorsum spectans. Longum accentum transversa I littera notant, brevem C sursum spectante. Sed in illis sonos, in his tempora dinoscimus. Aspirationem H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem. His adiciunt hyphen, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt: utriusque verbi proximas syllabas inflexa subter virgula iungunt, ut est 'Turnus ut ante‿volans.' Item apostrophon, cum vocalem ultimam subtrahimus. Hanc sic notant: ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam, quae ad eam spectat, apponunt, ut 'tanton' me crimine dignum.'

Dositheus p. 420, 26 K: see Palaemon (apud Charisium p. 227, 30 K).

Dositheus p. 421, 8 K.

Ne accentu acuto imperativa, ut *né fac;* quotiens vero gravi accentu pro eo quod est apud Gracecos ἵνα μή accipitur, optativa, ut apud Horatium 'nè facias quod Ummidius quidam'. Non numquam vero, etiamsi accentu acuto efferatur, optativa quoque recipit, ut *né venias, né scribas.* Sed inter-

est inter hoc et illud quod dicimus *né fac*, quod hoc imperamus, superius suademus. Recipit quoque id ipsum accentu acuto elatum subiunctiva, quotiens εἰρωνικῶς accipimus pro eo quod est apud Graecos πάνυ γε, scilicet quotiens rei dubiae et quasi condicionali aptatur, ut apud Ciceronem 'né tu, Eruci, accusator esses ridiculus,' et Salustius 'né illi corruptis moribus victoriae temperarent.' Quotiens vero rei aptatur certae, eodem accentu elatum finitiva recipit, ut apud Ciceronem 'né illi vehementer errant': affirmat enim eos vehementer errare.

Dositheus p. 424, 14 K: see Donatus (p. 392, 2 K).

Augustinus a. gr. XI. = Schoell XCIX[i].

Augustinus: **354–430; grammatical works written before 387.**

Barbarismus quo singula ipsa verba Latina non sunt; nam si quis . . . . dicat *pone* et primam syllabam corripiat detractione temporis barbarismus est, aut si dicat *bonus* et primam syllabam producat, adiectione temporis vitium est aut si enuntiet *nomen* et nullam in eo acuat syllabam, acuminis detractione peccat, si autem duas acuat syllabas in una parte orationis adiectione acuminis offendit auditum. . . . . Quia detractione et adiectione, conmutatione et transmutatione aut aspirationis aut litterae aut syllabae aut accentuum aut temporum fit barbarismus.

Sed ad cetera vitanda potest quaecumque lectio boni auctoris subvenire; propter tempora autem et accentus alia eruditio et poetae maxime necessarii sunt. Aut si ab his tempus excludit, animadvertendus diligenter in conloquio sermo doctorum est; nam iudicio, quod tempore in locutione rectum est et quod eiusdem temporis docti qui habentur vel dixerint vel probaverint, in summa magno sunt consensu, quod in scriptis eorum quibuslibet et in sermone cum cura edito facillime apparet.

Augustinus reg. p. 519, 31 K.

Adverbiis omnibus praepositio separatim adici non debet, quamquam lectum sit *abhinc* apud Terentium

Interea mulier quaedam abhinc triennium,

et apud Virgilium 'exinde per amplum Mittimur Elisium,' et *dehinc*, ut 'dehinc ubi libera colla' et 'deinde feraces Plantae immittuntur.' Quae omnia, et siqua alia sunt similia, ut *proinde*, placuit contra regulam accentuum proferri, ne separatim additae praepositiones videantur adverbiis.

Varro apud Augustinum de Dial. p. 236, 28 G–S.: see Varro.

Augustinus dial. = Schoell LXXXIX[t].

Acumine ambiguum est, cum scribitur *pone*, utrum ab eo quod est *pono*, an ut dictum *pone sequens; namque hanc dederat Proserpina legem*, incertum est per placentem acuminis locum.

Clemens: **c. 348–410.**

Ex arte Clementis exc. e cod. Bamb. (t. IV, praef. p. XXII K).

Probus vero opinione caeca novem accidentia nomini accidere dicit, litteram videlicet et syllabam et accentum inter accidentia numerando.

Macrobius exc. Par. p. 600, 22 K.

Graeca verba, quando componuntur cum praepositione, eundem accentum sine dubio servant, *καταγράφω περιφέρω ἀναγλύφω ὑπομένω διατρέχω καταλαλῶ προορῶ*. Cum vero eis alia pars orationis adiungitur, modo mutant priorem, modo tuentur accentum. Servant in his, *τίω ἀτίω, ὄσσω κακόσσω*, unde *κακοσσόμενος, νίπτω χερνίπτω*, unde est '*χερνίψαντο δ' ἔπειτα*', *κιθαρίζω χοροκιθαρίζω*. In aliis mutant, *γλύφω καλαμογλυφῶ, γράφω χειρογραφῶ, σθένω εὐσθενῶ, σέβω εὐσεβῶ*. Latini similiter servant, *praepôno praecúrro;* mutant, *cólligo áffero*.

Macrobius: end of the 4th and beginning of the 5th century.

Macrobius exc. Par. p. 601, 23 K.

Apud Graecos eorum verbum, in quorum prima positione circumflexus accentus ultimam syllabam tenet, tres sunt coniugationes, quibus discretionem facit secunda persona, quam prima coniugatio habet in *ει*ς diphthongum desinentem, ut *λαλεῖς*, secunda in *ᾳς*, cui ascribitur quidem *ι*, sed nihil sono confert, ut *τιμᾷς*, tertia in *οις* dipthhongum, ut *στεφανοῖς*. Eorum vero verborum, in quorum prima positione gravis accentus paenultimam syllabam signat, sex sunt coniugationes. Sed in his non secunda persona discretionem facit, quippe cum in omnibus secunda persona in *εις* diphthongum finiatur. Sed harum coniugationum in prima persona differentiae deprehenduntur. Quaeritur enim in prima persona verbi cuiusque, quae litterae praecedant *ω* finalem litteram verbi. . . . . Apud Latinos, quorum nullum verbum in finalem syllabam admittit accentum, cessant differentiae quas apud Graecos circumflexus gravisve fecerunt, quorum alterum in verbis ultimae, alterum paenultimae Graeciam diximus deputasse. Restat igitur in his Latinitati unus accentus, gravem dico, qui solus Romana verba sortitus est; sed hoc proprium in verbis Latinis habet, quod non semper, ut apud Graecos, ubi fuerit, in paenultimam syllabam cadit, sed saepe et a fine tertiam tenet, ut *ággero réfero*. Quod apud Graecos non potest evenire, apud quos in communi lingua fieri non potest, ut, cum finalis syllaba longa est, tertius a fine habeatur accentus. *ω* autem naturaliter longum est. Ergo numquam accentus in huius modi verbis apud illos in tertium gradum syllabarum recedit.

Macrobius exc. Bob. p. 637, 7 K.

Apud Graecos praepositiones verbis adiectae accentum eorundem reservant, *γράφω καταγράφω, βάλλω καταβάλλω περιβάλλω, φέρω περιφέρω, καλῶ κατακαλῶ, γλύφω ἀναγλύφω*. Latini accentum in aliis servant, in aliis mutant, ut *cúrro praecúrro, pôno praepôno, prehéndo reprehéndo, féro ádfero, géro íngero, fríco réfrico, vío dévio, tráho cóntraho, légo cólligo, prémo déprimo.*

Priscianus I, 47 p. 35, 24 H.

H literam non esse ostendimus, sed notam aspirationis, quam Graecorum

Grillius: end of the 4th and beginning of the 5th century.

antiquissimi similiter ut Latini in versu scribebant: nunc autem diviserunt et dextram eius partem supra literam ponentes psiles notam habent, quam Remmius Palaemon exilem, Grillius vero ad Virgilium de accentibus scribens levem nominat, sinistram autem contrariae aspirationis, quam Grillius flatilem vocat.

Martianus Capella III p. 57, 27 Eyss.

Martianus Capella: end of the 4th or beginning of the 5th century; fl., probably, 410-427.

Hae tamen (sc. vocales) in Latio nunc produci nunc contrahi, nunc acui nunc gravari vel etiam circumflecti, nunc aggregari nunc distrahi sine iactura sui nominis possunt. . . . . (p. 58, 22 Eyss.) *E* autem vocalis duarum Graecarum litterarum vim possidet. Nam cum corripitur ε Graecum est ut *ab hoc hoste*, cum producitur η est ut *ab hac die*. Ac maxime tunc circumflexum accentum tenet.

Martianus Capella III p. 64, 29 Eyss.

Syllaba igitur dicta est, quod iunctis litteris sonitum simul accipientibus informetur. Cuius ut dixi tres partes esse non dubium est: de iunctura, de fastigio, [aut] de longitudinibus.

Martianus Capella III p. 65, 15 Eyss.

Hac tenus de iuncturis. Nunc de fastigio videamus. Qui locus apud Graecos περὶ προσῳδιῶν appellatur. Hic in tria discernitur. Una quaeque enim syllaba aut gravis est aut acuta aut circumflexa et ut nulla [vox] sine vocali est ita sine accentu nulla.

Et est accentus, ut quidam putaverunt, anima vocis et seminarium musices, quod omnis modulatio ex fastigiis vocum gravitateque componitur ideoque accentus quasi adcantus dictus est. Omnis igitur vox Latina simplex sive composita habet unum sonum aut acutum aut circumflexum. Duos autem acutos aut inflexos habere numquam potest, gravis vero saepe. Acutum habet in prima syllaba si dicas *Caélius* in secunda *Sallústius* in tertia *Curiátius*, inflexum item in prima si dicas *caêlum*, syllaba autem paene ultima numquam acuitur natura ipsa sed praecedens eius id est ab ultima tertia sive brevis sive longa sit, ut *Cícero Caélius*. Flexus autem sonus in ea tantum modo syllaba consistit quae praecedit ultimam nec aliter quam ut ipsa natura longa sit et ultima tamen brevis ut *Galênus*. At si longa ultima, aut si paene ultima positione longa licet ultima brevis acutus tamen sonus fiet *Galéni Camílli*. Inflexi proprium hoc est ut nisi longis natura syllabis non adhaereat, acutus autem et in longis et in brevibus invenitur.

Martianus Capella III p. 66, 7 Eyss.

Omnis autem vox aut acutum aut circumflexum sonum habeat necesse est, etiam si monosyllaba sit. Monosyllabae enim gravi carent. Omnis vox monosyllaba cum aliquid significat sive brevis est sive positione longa, acuetur ut dicimus *fár árs;* si autem natura longa fuerit flectetur ut *lûx*

môs. Disyllaba vero priorem acuunt vel cum brevis est utraque ut *cítus* vel cum positione longa est utraque ut *sóllers* vel alterutra positione longa ut *cóhors*. Si vero prior syllaba natura longa est et sequens brevis, flectetur prior ut *lûna*, si posterior longa erit positione vel natura, prior acuetur ut *códex dócte*. Nulla enim longa invenietur gravis si in disyllabo prior. In trisyllabis si media brevis fuerit, quam paene ultimam dicimus, non dubie gravi accentu pronuntiatur, ac statim prima eius hoc est tertia ab ultima acuetur ut in *Cátulo*, si vero eadem longa est interest quem ad modum sit longa. Si enim natura longa est brevisque ultima, media flectitur ut *Cethêgus Mancînus*, si vero media longa erit natura et extrema longa, media acuetur ut *Catóni Ciceróni*, vel si positione longa erit media, acuta durabit qualiscumque novissima fuerit ut *Catúllus Catúllo Metéllus Metéllo*.

Pronomina autem quae duplici modo declinantur id est aut corripiuntur aut producuntur, mediam syllabam in genitivo casu acuunt *ipsíus illíus*. Horum si secundae breves fiant, primae acutae erunt ut *ípsius íllius*. Si vero longae erunt mediae, primae graves, secundae inflexae erunt ut *óccidit sol* et *occîdit hominem*. Ergo primae acutae sunt cum mediae breves. Cum vero mediae longae, vel acutae vel inflexae: acutae cum longae ultimae ut *tenebrae latebrae manipli*. Haec a superioribus [quae sunt alia ut Catullus Sallustius], hoc differunt quod illa consonantes discretas habent, haec quamvis et ipsam paene ultimam positione habent longam, nullam tamen in secunda syllaba ex consonantibus sibi retinent sed in tertia sunt duae. Ideoque factum est ut media haec nomina *tenebras* et *latebras* acuto accentu prima syllaba proferret, et *maniplos* et *fenestras* paene ultima syllaba acuta diceretur: quod quidam illud genus syllabae paene ultimae omnino breve putaverunt, quia non terminaretur consonante; quidam quia, licet non terminaretur consonante, proxima syllaba a duabus inciperet consonantibus et quod natura litterarum *L* et *R* quia mollis est nunc longam nunc brevem syllabam faciat.

Martianus Capella III p. 67, 17 Eyss.

Nulla autem vox Romana duarum vel plurium syllabarum acuto sono terminatur, inflexum autem non alias postremum habet nisi cuius posterior pars in syllabam natura longam excurrit ut *ergô* et *ponê*.

Contextus orationis plerumque adimit aut mutat proprios sonos singulis vocibus. Adimit his quae referuntur ad aliquid sequens ut praepositionibus *ante úrbem*. Nam hic *ante* perdidit acutum sonum prioris syllabae. Item *post múros*.

Mutant accentus adiunctis vocibus *que ve ne*, cum tamen complexiva coniunctio est *que*, *ve* [cum] expletiva ut 'Latiúmque augescere vultis' et 'stimulóve meum cor' apud Attium in Pelopidis. Numquam migravit acu-

tus sonus de primis syllabis in postremas, praeter particulas coniunctas, quarum hoc proprium est acuere partes extremas vocum quibus adiunguntur.

Martianus Capella III p. 68, 1 Eyss.

Graeca nomina cum in Latinum vertuntur, nostra regula pronuntiantur nisi maneant Graeca. *Olympus* igitur et *Caucasus* sic ut Latina proferuntur, quam acuere vel flectere debeant secundum rationem supra scriptam apparet. Sed si manent Graeca et huic regulae in peregrinis vocibus accedimus, necesse est tamen in obliquis casibus acutos sonos in mediis syllabis servent, quoniam apud Graecos quoque non alio accentu haec enuntiari audimus.

Acutus accentus notatur virgula a sinistra parte in dexteram ascendente, gravis autem a sinistra ad dexteram descendens. Inflexi signum est sigma super ipsas litteras devexum. Accentus partim fastigia vocamus quod litterarum capitibus apponantur, partim cacumina tonos vel sonos, Graeci προσῳδίας. Sciendum etiam uni vocabulo accedere omnes tres accentus posse ut est *Árgilêtum.*

Martianus Capella III p. 68, 22 Eyss.

Longa autem duobus modis efficitur natura et positione; natura, cum vocalis producitur aut cum syllaba circumflexum accentum tenet [vel acutum in paene ultima], aut cum monosyllaba [una quaeque vocalis est] aut cum diphthonga repperitur vel cum prima syllaba sub alia forma cuiuscumque verbi composita nec vocalem nec acumen mutat.

Cledonius p. 31, 29 K.

Cledonius: 2nd half of the 5th century.

Accentus dicitur partium orationis. Quid igitur accentus dicuntur? Et toni dicuntur et tenores. Acutus qui cursim profertur, ut *árma*, excusso enim sono dicendum est; circumflexus qui tractim, ut *Rôma;* gravis qui pressa voce habet accentum.

Cledonius p. 32, 2 K.

Circumflexus acutus: hanc habent observationem, in Graecis nominibus [syllabis] accentus est in ultima penultima et antepenultima; in Latinis ultima syllaba accentum non habet. Sane a fine, hoc est ab ultima, computandi sunt accentus. Tria habet cognomenta accentus: aut toni sunt aut tenores aut accentus, toni a sono, accentus ab acuendo, tenores ab intentione.—*Non tenebit nisi penultimum locum:* apud Latinos loca, quae circumflexus aut acutus dimiserit, gravis possidet.—*Et hoc illi non est commune cum ceteris:* quia non sibi vindicat locum, sed dimissum ab aliis possidet.—Cf. Donatus p. 371, 2 K.

Cledonius p. 32, 11 K.

Ergo monosyllaba: in omnibus monosyllabis nominibus, sive quae breves fuerint natura, sive quae positione longae factae fuerint, non habent nisi

acutum accentum. Si vero ipsa monosyllaba natura longa fuerint, non positione, non habent nisi circumflexum accentum.—*In disyllabis quae priorem:* in omnibus disyllabis nominibus quattuor pedes sunt, qui in penultima sive longa sit sive brevis non habent nisi acutum accentum. Solus trochaeus circumflexum accentum habet in penultima, si natura longa fuerit. Qui si positione habuerit penultimam longam, et ipse mutat accentum et acutum recipit.—*Trisyllabis et deinceps:* omnes pedes trisyllabi, si in penultima accentum habent, acutum habent. Solus amphibrachus, si penultimam natura longam habuerit, circumflexum accipit. Qui, si penultima positione fuerit longa, mutat accentum et acutum recipit. In dactulo in antepenultima acutus ponendus, sive natura sit sive positione longa.—*Perosus* et *Cethegus* amphibrachus pes est: penultima ipsius, si natura longa sit, circumflexum recipit. Quae si positione longa fiat, mutat accentum et in antepenultima acutum recipit. Notandum hunc solum pedem circumflexum accipere, si penultima natura longa fuerit.

Cledonius p. 32, 29 K.

Ratio accentuum. Tribrachys, ut *macula*, in antepenultima acutum habet. Molossus, ut *naturae*, sive natura fiat sive positione, in penultima acutum habet. Anapaestus, ut *Erato*, quovis modo in antepenultima acutum habet. Palimbacchius, qui et antibacchius, ut *natura*, quovis modo in penultima acutum habet. Amphibrachys, ut *carina*, in penultima circumflexum habet, si natura longa; si positione, acutum, ut *carecta*. Amphimacrus, ut *insulae*, quovis modo in antepenultima acutum habet. Quinque sunt hi pedes ergo, qui quovis modo in antepenultima acutum habent, tribrachys molossus anapaestus dactylus et amphimacrus. Duo sunt, palimbacchius et bacchius tantum, qui quovis modo in penultima acutum habent. Unus est amphibrachys, qui in penultima, si natura longa fuerit, circumflexum recipit, si positione, acutum. In amphibracho haec est ratio: huius penultima si positione longa fuerit, acutum habebit accentum, si natura, circumflexum. Providendum est autem ut penultima amphibrachi positione fiat longa: nam si ex muta et liquida fuerit facta positio penultimae, acutus in antepenultimam transit.

Cledonius p. 33, 12 K.

In compositis: quotienscumque ex pluribus partibus nomina composita reperimus, non nisi in tribus syllabis accentum quaerimus. In compositis sermonibus aeque unus accentus invenitur, sicut et in simplicibus, quia in tribus syllabis invenitur accentus [in bacchio vero in penultima invenitur acutus accentus, sive illa positione sit longa sive natura]. Interea in antepenultima est.—Accentus in Romanis verbis et in regularibus quaerere debemus. Peregrina nomina, quae sunt barbara, vel interiectiones, quae

ex affectu animi nascuntur, accentus habere non possunt, ***heus heu.***—***Nulli certi sunt:*** accentus legem dicit pronuntiatione corruptam, quia disyllaba verba vel nomina, quae constat in prima syllaba habere accentum [si tenores], in pronuntiatione accentus ad ultimam transferunt, quae quidem non videtur esse ultima, quia hac coniunctione impletur periodos.—*Saepe conturbat:* meminerimus ut Graeca verba Graecis accentibus pronuntiemus, quae verba in ultimis syllabis accentus habent, quae Latini habere non possunt, ut *Didô Natîs* [in his ultimae habent circumflexum accentum]. —*Nisi discretionis causa:* tunc in Latinis verbis in ultima syllaba accentus invenitur, quotiens fuerit discretio verborum separanda, ut *ergo* [ut ***pone,*** ideo ne verbum putetur imperativi modi], ne coniunctio intellegatur, quae *causa* significat, ut ultima producatur, in ultima circumflexum recipit. Acutus, gravis, circumflexus, brevis, ὑφέν, διαστολή.—Ne dicatur ὑφέν '*conspicit ursus.*'—Δασεῖα ψιλή: δασεῖα adspiratio, ψιλή siccitas. Haec signa apud Graecos.

Cledonius p. 64, 26 K.

Omnia adverbia, quae ab appellationibus descendunt et *e* littera terminantur, producto accentu pronuntianda sunt, ut ***primē doctē*** et cetera. Sane ista tria corripienda, ***bene male magne;*** anomala reperiuntur.

Cledonius p. 68, 33 K.

Pone: accentu discernitur, ut propter discretionem contra regulam ultima accentum accipiat.

Cledonius p. 69, 27 K.

Ut pone: ut, id est *quemadmodum*, circumflexum habet accentum, ***ut*** coniunctio acutum. Sic et *pone*, si *retro* significat, circumflexum; si verbum, acutum. *Nê* circumflexum adverbium est; ***né*** acuto quando dicimus, coniunctio est. Sensu vero discernimus *ante* et cetera.

Cledonius p. 69, 31 K.

Praepositio separatim adverbiis: adverbiis praepositiones putant aliqui omnino addi non oportere, cum interdum propter sonos iungi necesse sit, ut apud Terentium

interea mulier quaedam ab hinc triennium,

et Vergilius 'Siculo prospexit ab usque Pachyno'. Sed hoc observandum secundum certos sonos, quos poetae usurparunt [praepositiones addi non oportere].—*Quamvis legerimus de sursum, de subita, ex inde et ab usque et de hinc. Sed haec tamquam unam partem orationis sub uno accentu pronuntiabimus:* 'deinde satis fluvium inducit'. *Deinde* et *desursum* et *desubito* non sunt duae partes orationis, sed una composita. Si dividas, praepositio est, conexa adverbium facit. Ideo praeiudicium non faciunt, quia uno accentu pronuntiantur, tamquam singulae partes orationis, non tamquam divisae.

Cledonius p. 74, 28 K.
Ve iuncta coniunctio est, separata interiectio est, vel separata adverbium est, iuncta coniunctio est et gravem accentum in coniunctione habet, in adverbio acutum.

Cledonius p. 76, 9 K.
(Donatus p. 389, 30 K, *in et con praepositiones, si ita compositae fuerint, ut eas statim s vel f litterae consequantur) plerumque producuntur, ut insula:* istae non tam positione longae sunt quam natura, ut prima vocalis circumflexum accipiat.

Cledonius p. 78, 2 K.
Praepositiones: àd praepositio acutum habet; mutat accentum iuncta et loquellaris, ut *adêgit*, et penultima habet accentum. *Praê, praevértit: praê* habet circumflexum. Ita et *ô* circumflexum habet, *omítto* in penultima acutum; Horatius tamen *o* brevem posuit, ait 'certus omitte tueri'. Sed hoc metri gratia praesumsit.—*Acuuntur:* acutae sunt *con di dis.* Vim suam autem commutantes sunt graves, si dicamus *condûco: du* enim nunc producitur.

Cledonius p. 79, 15 K.
Accentus interiectionibus: in his interiectionibus non possunt certi accentus reperiri, quae inconditis vocibus constant, ut *heu va.* Certi sunt accentus in istis quae possunt distingui, ut *papaê attát.*

Pompeius p. 120, 31 K.
Arsis et thesis dicitur elevatio et positio. Ut puta *Roma. Roma* prima syllaba arsin habet, secunda syllaba thesin. Quid si quattuor syllabarum fuerit? Duae erunt in arsi et duae in thesi. Quid si octo? Quattuor habet arsis et quattuor thesis. Quid si tres sunt, id est quid si impar numerus? Si impar numerus fuerit, quotiens media syllaba accentum habet, arsis habebit unum tempus et thesis duo; quotiens prior syllaba habuerit accentum, arsis habebit duo tempora et thesis unum. Ut puta *Camillus* quando dicimus, ecce media syllaba accentum habet: dicimus in arsi unum et in thesi duo. *Romulus* quando dicimus, prima syllaba habet accentum: dicimus duo in arsi, unum in thesi. Ergo in istis, ubi non sunt aequales syllabae, quando debeat arsis duo habere tempora, unum thesis, vel quando unum arsis et duo thesis, ex accentu colligis. Nam si media syllaba accentum habuerit, ultimae syllabae iungis plura tempora, ut arsis habeat unum, thesis duo; si prior syllaba habuerit accentum, arsi iungis plura tempora.

Pompeius: c. end of the 5th century.

Pompeius p. 124, 19 K.
Iambus duplam habet divisionem; unum habet arsis, duo thesis. Trochaeus: duo in arsi, unum in thesi. Molossus sex habet tempora, sed quattuor

habebit arsis, duo thesis. Idcirco duae illae longae aut ad arsin adplicandae sunt aut ad thesin. Item tribrachus; duae erunt in arsi, una in thesi. Quod dixi 'aut duae aut duae,' propter illos accentus. Nam diximus superius, quando in media syllaba accentus fuerit, thesis habet plura tempora; quando in prima, arsis habet plura tempora. . . . .
(p. 125, 4 K). Amphibrachus non potest servare divisionem. Quare? quia habet brevem et longam et brevem. Istam longam quo habes addere? Ad initium? Si ad initium, tria et unum erit, nulla divisio est; si ad finem, unum et tria erunt. Ecce non habet divisionem.

Pompeius p. 125, 35 K.

Graeci prosodias dicunt accentus hac ratione: *pros* dicunt *ad*, *cantum* dicunt *oden*. Verbum de verbo Latini expresserunt, ut dicerent *prosodias accentus*. Sed Latini habent et alia nomina: et *tonum* et *tenorem* dicunt. Nihil interest, sive accentum dicamus sive tonum sive tenorem; eadem ratio est, nomina sunt tantum modo dissimilia. Accentus qui necessarii nobis sunt duo sunt tantum modo apud Latinos, acutus et circumflexus. Acutus dicitur accentus, quotiens cursim syllabam proferimus, ut si dicas *árma árcus:* non possumus dicere *ârma*, non possumus dicere *ârcus*. . . . .
Circumflexus dicitur, quando tractim syllabam proferimus, ut *mêta Mûsa:* non possumus dicere *méta*, non . . . . *Músa*. . . . .

Est etiam gravis, sed iste paene superfluus est apud Latinos. Qua ratione? Nec acutus nec circumflexus est. Omnis sermo necesse est ut aut acutum habeat aut circumflexum: nullus est sermo, qui sine istis sit: si non habet acutum, circumflexum habet; si non habet circumflexum, acutum habet. Et gravis ubi erit, si vel ille vel ille sibi sermonem vindicat? In reliquis, ubi non est nec acutus nec circumflexus, in reliquis syllabis ipsius sermonis. Ut puta *malesânus; sa* circumflexum habet, *ma le nus* istae tres syllabae gravem habent accentum. Nam ideo dictus est gravis hac ratione, quod minus sonet, quam sonat ille legitimus. *Ma le nus*, numquid sic sonant omnes istae syllabae, quem ad modum sonat *sâ? Sâ* plus sonat. Ideo dictae sunt illae habere gravem accentum, quod et pigrum et minus sonent. Ergo scire debes quia nullo loco gravis poni potest, quantum ad utilitatem pertinet, nisi ubi non fuerit acutus aut circumflexus; in eadem tamen parte orationis, non sibi specialem vindicat partem, non habet propriam. Sed hoc apud Latinos tantum.

Pompeius p. 126, 27 K.

Et quid est ipse accentus? Ita definitus est, 'accentus est quasi anima vocis,' id est accentus est anima verborum et anima vocis unius cuiusque. Quem ad modum corpus nostrum non potest esse sine anima, sic nec ullum

verbum nec ullus sermo sine accentu potest esse. Et quem ad modum anima nostra in toto corpore ipsa plus potest, sic etiam illa syllaba plus sonat in toto verbo, quae accentum habet. Ergo illa syllaba, quae accentum habet, plus sonat, quasi ipsa habet maiorem potestatem.

Et quo modo invenimus ipsum accentum? Et hoc traditum est. Sunt plerique qui naturaliter non habent acutas aures ad capiendos hos accentus, et inducitur hac arte. Finge tibi quasi vocem clamantis ad longe aliquem positum. Ut puta finge tibi aliquem illo loco contra stare et clama ad ipsum. Cum coeperis clamare, naturalis ratio exigit ut unam syllabam plus dicas a reliquis illius verbi; et quam videris plus sonare a ceteris, ipsa habet accentum. Ut puta si dicas *orator*, quae plus sonat? *Ra*, ipsa habet accentum. *Optimus*, quae plus sonat? Illa quae prior est. Numquid sic sonat *ti* et *mus*, quem ad modum *op*? Ergo necesse est ut illa syllaba habeat accentum, quae plus sonat a reliquis, quando clamorem fingimus.

Pompeius p. 127, 12 K.

Dixi duos esse accentus apud Latinos, acutum et circumflexum. Et necesse est ut in uno quoque verbo aut acutus sit aut circumflexus. Gravis vero vel cum acuto vel cum circumflexo ponitur: in reliquis syllabis, ubi non fuerit ille vel ille, ibi gravis erit. Iam modo videamus, quo modo computantur accentus. A fine, non ab initio. Ut puta *indoctissimus*, quinque sunt: non incipis conputare, utrum prior syllaba habeat accentum, id est *in*, inde si *doc* habeat accentum, inde *tis*, inde *si*, inde *mus*. Non potes ita ab initio conputare, sed a fine quaere, si finalis habeat. Si finalis non habuerit, paenultima habet; si paenultima non habuerit, tertia a fine habet. Et hoc plus non ascendit accentus, sed aut in finali est aut in paenultima aut in tertia a fine. In istis tribus a fine conputantur accentus. Ad quartam syllabam vel ad quintam non ascendit accentus nec apud Latinos nec apud Graecos, sed tantum modo tres sunt syllabae quae habent accentum. Ideo propter hanc causam vide quam bonam brevitatem invenerunt Latini. Tres diximus a fine habere accentus: ergo tres regulae erunt; una erit regula de ultima, una de paenultima, una de tertia a fine. Sed quid si de quattuor syllabis constabit nomen, quid si de quinque, quid si de sex, quid si de septem, quid si de octo? Iam eadem ratio est. Qua ratione? Nam quoniam accentus non ascendit ultra tres syllabas, quid opus est ut quaeras aliud in istis syllabis pluribus, aut in quarta aut in quinta, cum ad illas superiores accentus non ascendat? Ergo eadem erit ratio in illis pluribus, quae in tribus syllabis, ipsa in sex syllabis, ipsa etiam in octo. Ergo sic conputantur accentus a fine; ipse autem accentus tres habet locos; ultimum, paenultimum, antepaenultimum.

Sed apud Graecos ubique invenitur acutus accentus, et in ultima et in paenultima et in antepaenultima. Circumflexus apud Graecos duos habet locos, ultimum et paenultimum tantum; ad tertium locum numquam ascendit. Tres sunt ergo loci acuti accentus apud Graecos, ultimus, paenultimus, antepaenultimus, et duo loci circumflexi, ultimus et paenultimus. Vide quanta brevitate colligis hanc rationem. Apud Latinos ultima syllaba accentum non habet; non licet. Excepta ista ultima syllaba, quam non licet habere accentum, quid nobis relinquitur? Ut acutus accentus apud Latinos duos habeat locos, paenultimum et antepaenultimum, circumflexus accentus unum habeat locum, paenultimum. Vides ergo, quanta brevitate hoc sit factum. Tres erant loci acuti accentus apud Graecos, ... et circumflexi accentus duo erant loci, ... Remove istum qui apud Latinos accentum non habet penitus, id est ultimum. Hoc remoto hoc superest, ut ille circumflexus, qui habuit duos locos, habeat unum, et acutus, qui habuit tres locos, habeat duos. Tertia ergo a fine non potest habere nisi accentum acutum, quoniam diximus acutum non ascendere nisi usque ad tertium locum. Ergo tertia syllaba tunc habet accentum, quando paenultima brevis est. Ideo tertia habet acutum solum, secunda a fine utrumque, et acutum et circumflexum.

His legibus semel captis iam modo videamus de singulis partibus orationis, et primum incipiemus tractare de monosyllabis. Praeterea antequam tractemus, hoc ipsum scire debes, quia positio in accentibus non conputatur in monosyllabis. Talis est, si sit positione longa, ac si sit naturaliter brevis: non licet ut aliquid plus habeat, quantum ad accentus pertinet; positione longa syllaba si fuerit, talis est, ac si non sit positione longa, sed sit naturaliter brevis.

Pompeius p. 128, 22 K.

Monosyllaba pars orationis si naturaliter productam vocalem habeat, circumflexum habet accentum. Ut puta *dôs*, naturaliter longa est; *spês*, naturaliter longa est; *aês*, naturaliter longa est [unde facit *aera*], quia diphthongus est. Monosyllaba ergo pars orationis, si . . . . , circumflexum habebit accentum. Quid si naturaliter correptam habuerit? Acutus erit, ut puta *ét néc qué:* 'primusque Machaon,' ut sit coniunctio. Quid si positione longa sit? Illud quod tibi dixi, sic accipitur, quasi naturaliter brevis. Ergo talis est positione longa, qualis est naturaliter brevis. Et diximus in brevi acutum accentum esse. Si ergo brevis acutum accentum habet, superest ut positione longa acutum habeat accentum. Ut puta *píx* positione est longa; sed quoniam naturaliter non est longa, acutum habet accentum. Hoc est, quod tractatum est de acuto accentu et circumflexo. Omnia ergo in accentibus secundum naturam colliguntur. Si

fuerit illic vocalis naturaliter longa, circumflexum habet accentum; si fuerit brevis naturaliter, etiam si sit positione longa, acutum habet. Ecce habes de monosyllabis; videamus modo de disyllabis.

Disyllaba pars orationis uno modo recipit circumflexum tantum, si et prior naturaliter longa sit et ultima naturaliter brevis, ut *mêta: me* naturaliter longa est, *ta* naturaliter brevis est, circumflexum habet accentum. Id est quando est trochaeus naturaliter, tunc est circumflexus in disyllabis; aliter non licet, ut puta *mêta Crêta Rôma*. Ecce modo circumflexus est tantum, quod prior naturaliter longa est et ultima naturaliter brevis. Aliter vero quomodocumque iam acutum faciunt. Quid si positione longa sit? Acutus est, ut puta *árma;* acutus est. Quid si prior brevis et posterior longa? Acutus est, ut puta *párens*. Quid si ambae naturaliter longae sint? Acutum habent, ut est *léges*. Et quare hoc? *Lex* naturaliter longa est, et diximus naturaliter longas paenultimas circumflexum habere accentum; sed non sequitur brevis, ut sit trochaeus. Nam *leges* spondeus est. Ergo tunc est circumflexus, quando prior naturaliter longa est et ultima naturaliter brevis. Ecce habes iam etiam de disyllabis; modo videamus de trisyllabis.

Pompeius p. 129, 14 K.

Diximus quoniam tertia a fine non potest habere nisi acutum accentum; non licet. Ergo noli quaerere, qualis sit: sive naturaliter longa sive positione longa sive naturaliter brevis, non habet nisi acutum. Sed illud quaerendum nobis est, quando habeat, quia et ista habere potest et ista, ne erremus et dicamus istam habere, cum ista habeat. Ergo scire debemus hoc firmissimum esse, tunc tertiam a fine habere accentum, quando secunda a fine naturaliter brevis est. *Rômulus*, *ro* longa est et *mu* naturaliter brevis est; ergo quoniam et *ro* naturaliter longa est et *mu*, quae est secunda a fine, naturaliter brevis est, acutus accentus est: *máximus*, *óptimus*. Non licet ut tertia a fine habeat accentum, nisi secunda a fine naturaliter brevis sit. Ecce habes rationem tertiae syllabae: tolle tertiam a fine, et iam disyllabum est. Si enim sustuleris istam tertiam, remanere habent duae. Si remanserint duae, ratio disyllaborum erit. Diximus in ratione disyllaborum non posse inveniri circumflexum, nisi quando ista naturaliter longa et ultima naturaliter brevis sit. Ergo *Cethegus*, tolle inde *ce*, remanet *thegus*. *Thegus* qui pes est? Trochaeus: ergo circumflexus erit. Quid si dicas *cethe?* Quoniam non est trochaeus, iam acutus erit. Quid si dicas *Metéllus? tel* qualis est? Positione longa est: ergo necesse est ut acutus accentus sit. Ergo noli te in diversas ambages mittere, sed tracta, quando debeat accentum habere; tunc autem habebit accentum tertia a fine, quando secunda a fine naturaliter brevis est. Sublata tertia a fine cum remanserint duae, redis ad rationem disyllaborum, et hanc serva rationem.

Pompeius p. 129, 37 K.

Quicquid pertinet ad accentus, hoc est; nec potest ulterius reperiri. Vides, quanta brevitate utantur Latini. Graeci vero chaos fecerunt, totum confuderunt, ut, quamvis mille legas tractatus, non te convenias. Diximus regulas accentuum, et breviter accipe iterum ipsas regulas . . . .

Pompeius p. 130, 18 K.

Modo aliquid adicit. Quodsi forte duae partes orationis sunt, unum accentum habebunt, si in unam redigantur. Ut puta *male* una pars orationis est, *sanus* una pars orationis est; sed quoniam istae non pro duabus sunt, sed pro una, incipimus dicere *malesânus*, colligimus utramque, et iam unum accentum habebunt. Quotienscumque duae partes orationis in unam colliguntur, iam quoniam pro una sunt, unum accentum habebunt, prout fuerit syllaba illa. Si dicas 'interea loci,' *interea* una pars orationis est, *loci* una pars orationis est. Quando iam sic utrumque dicis, ut pro una sint, ambae partes unum habebunt accentum. Ergo duae partes orationis quando unam faciunt, necesse est ut unum accentum habeant.

Pompeius p. 130, 28 K.

Diximus regulas accentuum. Modo videamus, quae sunt res quae corrumpunt regulas. Tres sunt tantum, distinctio, discretio, pronuntiatio; hae tres res corrumpunt regulas. Quoniam diximus, 'distinctio corrumpit regulas,' videamus quo modo. Si male distinguas, potest errare puer et dicere 'intérea lóci' et facere inde duas partes orationis, cum debeas subter facere hyphen. Quid sit autem hyphen, dicemus postea. Ergo debes hyphen deorsum facere et conectere utramque. Si dicas 'viridique in litore conspicitur sus,' potest de istis duabus unam facere. Ergo distinctio corrumpit istas regulas.

Item discretio potest [causa discretionis] corrumpere istas regulas, ut *poné* et *pône*. Si dixeris *poné*, praepositio; si dixeris *pône*, erit verbum imperativi modi. Ecce propter discretionem corrumpunt regulas. Quare corrumpunt? Quia diximus nullam partem esse orationis, quae in ultima parte habeat accentum, et invenimus duas, *poné* et *pône*, *ergô* et *érgo*. Sed non naturaliter habet illa ultima syllaba accentum, sed propter discretionem. Nam quo modo potest fieri ut ista ultima syllaba habeat accentum, cum dixerimus in ultima syllaba numquam inveniri posse accentum? Nam quando dicimus *poné* [ultimam habere accentum], non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio. Item quando dicimus *ergô*, non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio. Item quando dicimus *ergô*, non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio propter *érgo* coniunctionem rationalem. Ideo in ultima syllaba inveniuntur accentus. Ergo istae sunt duae partes tantum, quae causa discretionis corrumpunt regulam.

Pronuntiatio frequenter corrumpit, ut puta *doctus*. Quae syllaba habet accentum? *Doc*, quoniam prior syllaba semper habet accentum. Ultima enim numquam habet aut in versu aut in prosa. Adde illi coniunctionem, et vides quoniam prior syllaba perdet accentum, puta 'doctúsque Palaemon'. Iam incipit non in *doc* esse accentus, sed in *tus;* ecce ultima syllaba habebit accentum. Et quae sunt partes quae additae corrumpunt regulas? Non enim omnes corrumpunt, sed sunt partes quae additae corrumpunt. Et sunt istae: *ne*, quando est coniunctio, ecce habes unam; *ve*, ecce habes duas; *que*, ecce habes tres; *ce*, ecce habes quattuor. Istae sunt quae corrumpunt regulas accentuum. Puta *primus*, adde omnes istas partes: *primûsne*, ecce non habebit iam accentum *pri*, sed *mus*, ecce corrumpit; et si dicas *primûsve*, ecce corrumpit; *primûsque*, *primûsce*, ecce corrumpit. Sed forte dicas mihi 'sed positio corrumpit, non accessus istarum partium' Etiam si positio non accederet, tamen corrumperetur accentus. Puta *Mûsa*, *mû* habet accentum; adde illi istas partes, et corrumpitur, *Musâne Musâve Musâque Musâce:* ecce illa quae est brevis ultima ipsa habet accentum. Et diximus quia, quando paenultima brevis fuerit, tunc tertia a fine habebit accentum; et tamen ecce corruptam invenimus. Ecce vides, in quantum valeant istae particulae, in quantum possint ut, etiam brevis si sit, id est syllaba quae naturaliter brevis est cogatur habere accentum, non naturaliter, sed causa istarum. Nam ecce *Musa*, illa syllaba quae prior est ipsa habet accentum. Si addas *que* aut *ve*, si dicas *Musâque Musâve*, ubiubi contigerit, ipsa ultima habet accentum.

Pompeius p. 132, 1 K.

Quod si vis codicem distinguere, ita distingue. Quando vis acutum accentum facere, lineam a sinistra parte in dexteram partem sursum ducito; quando vis gravem, a summa sinistra in dexteram descendito; quotiens vis circumflexum, de gravi et de acuto fac; quotiens vis longam,—hoc adiacens fac; quotiens vis brevem, ◡ hoc adiacens fac. His rebus tractatis supersunt alii accentus tres, hyphen apostrophos diastole. Isti accentus quid praestant? Hyphen dicimus, quando duo verba coniungimus, ne erret puer et male pronuntiet, ut si dicimus 'antetulit gressum',' ne dicat 'ante tulit'. Et quo modo iungitur? Syllabam ultimam praecedentis verbi, posterioris sequentem subiecta virgula circumdas, 'ante ◡ tulit gressum'; *te* ◡ *tu*, ipsas istas subiecta ista virgula circumdas. Et dicitur hyphen, quia coniungit sic istas.

Diastole disiungit. Ut si dicas 'viridique in litore conspicitur, sus'. Ne erret puer et dicat 'conspicit ursus,' ad istam *tur* addimus), id est circumflexam virgulam, et ita disiungimus.

Est etiam apostrophos. Apud Latinos non facile in nominibus invenitur,

nisi quem ad modum remanserit in nominibus hoc apud Latinos quae si remanserit. Apud Graecos licet nobis et apostrophon facere et dicere plenum verbum; apud Latinos non. *Cervical* Graecus, quando in metro loquitur, sic dicit, quem ad modum remanserit. Non enim, quando soluta oratio est, dicit *cervical*, sed dicit plena verba. Apud Latinos quando apostrophos fit, si passa fuerit, passa est penitus, sive in metro sive in soluta oratione. Item in coniunctionibus servant legem Graecam. Nam [in coniunctionibus] in metro deficiunt, in soluta oratione servant. Puta *tanton' me*, si soluta esset oratio, plenum diceret 'tantone me crimine dignum'. *Men'* dicimus; soluta oratio si esset, *mene* diceret. Ergo servatur illa lex Graeca in coniunctionibus; in ceteris partibus orationis opus est ut semel pertulerit; si semel pertulerit, iam ipsam servat.

Ceterum illi accentus superfluo adduntur, dasia et psile. Nos enim habemus *h;* et ubi est *h*, dasia est, ut puta *homo;* ubi non est, psile est, ut puta *omen.* Puta sic duas litteras habes apud Graecos. Sed scire debes quoniam Latini ipsam litteram Latinam de illis duobus accentibus fecerunt. *H* apud Latinos ita fit ⊢ ⊣. Scinde hoc ipsum medium [apicem], et fecisti unam dasian, unam psilen. Scissa illa littera et illud et illud fecerunt.

Pompeius p. 138, 18 K.

Et Probus adiecit 'sed accidunt etiam accentus'. Habemus in Probo accentum etiam nomini accidere; legite artem Probi et invenietis.

Pompeius p. 205, 3 K.

Possum dicere *cuias* et *cuiatis.* Quid est *cuias?* Id est *cuius gentis*, ut 'nostras est iste homo,' id est *nostrae gentis.* . . . . Invenimus apud plerosque artigraphos produci horum pronominum ultimas syllabas, *cuiâs nostrâs.* Sed legistis in accentibus quoniam Latina lingua in ultimis syllabis accentum non habet. Idcirco non debemus hos sequi, sed debemus dicere *cûias* et *cuiâtis* vitandae calumniae causa. Nam potest aliqui calumniari tibi. Dicit tibi ille 'quare non dicis *cûias*, sed *cuiâs?*" et incipis in altercationem venire. Ideo dico tibi quoniam Latina lingua in ultimis syllabis accentum non habet: ut tollas ambiguitatem obicientis hoc, dic *cuiâtis:* nemo enim dicit *cuiatis;* per rerum naturam non potest fieri. Ergo ad illud potius debes consentire et illud in usu habere, de quo nemo dubitat. Et illud lectum est et illud.

Pompeius p. 251, 12 K.

Item *pône* erit verbum: muta accentum, et facit *poné* et erit adverbium.

Pompeius p. 251, 32 K.

Ergo omnes partes orationis cum adverbio cognationem habent. Sed

plane, ait, in his rebus aliqua discernimus accentu, sensu aliqua. Nam ecce, ut intellegam *profecto*, quando est participium, quando adverbium, sensu discerno. Ut autem intellegam *pone*, hoc non solum discerno sensu, sed etiam accentu. Ergo in plerisque significatio erit ex accentu, in plerisque erit ex sensu.

Pompeius p. 255, 21 K.

Praepositiones enim quando in conexionem veniunt, non sunt quasi duae partes, sed quasi membrum ipsius partis cui coniunguntur ipsae praepositiones. Et unde intellegimus quoniam una pars est orationis? Hinc, quod unum accentum habet. Si diceres 'dé índe venit' (nemo autem hoc dicit), si diceres 'éx índe venit' (nemo autem hoc dicit, sed 'deinde venit,' 'exinde venit'), si illo modo diceres, duo viderentur accentus, ut separatim diceres *dê índe*. Non autem sic potes dicere, sed unam partem facis, unde apparet quoniam unus accentus est. Ergo ob hanc causam, quoniam sub uno accentu coniungitur, videtur una pars esse orationis.

Pompeius p. 279, 37 K.

Praepositiones, quando solae sunt, plerumque ipsae acuuntur; quando autem cohaerent, graves fiunt, etiam si fuerint circumflexae [plus est hoc]. Puta *ád* acutum habet accentum: fac *àdêgit;* ecce iam perdit accentum correptum, et accipit accentum productum, et illa gravem habebit. Hoc etiam de illa quae circumflexum habet accentum, *praê praèvídit:* ipsa *ví* habet accentum, et illa gravem habet. Ergo omnis praepositio, sive acutum habeat, sive non habeat acutum, sed circumflexum, tamen si cohaereat et coalescat in unam partem, facit eam alium accipere accentum. Perdit accentum acutum vel circumflexum et accipit gravem, id est non ipsa sonat, sed illa pars orationis cui iungitur.

Pompeius p. 285, 17 K.

(Barbarismus) fit autem quinque rebus, per litteram, per syllabam, per tonos, per tempora, per aspirationem: has quinque res aut addimus aut detrahimus aut inmutamus aut transmutamus. Addimus litteram, addimus syllabam, addimus accentum, addimus tempus, addimus aspirationem. . . . . Quo modo addis accentum? Si velis dicere *ârma* pro eo quod est *árma* [numquid possumus dicere cursim, quoniam naturaliter illa producitur?]: plus aliquid ab acuto habet. . . . . Detrahimus accentum, si velis dicere *Róma*, cum tractim debeas dicere: longiorem enim illum accentum ad brevem traxisti; . . . . Similiter etiam ipsas res conmutare potes et transmutare, potes mutare litteram syllabam tempus accentum aspirationem vel transmutare.

Consentius p. 347, 5 K.

Consentius: 2nd half of the 5th century.

Sed et accentus ostendit diversam significationem unius dictionis: *pone* si verbum est, gravis est ultima; si adverbium, circumflexa.

Consentius p. 386, 12 K.

Item barbarismus est, ut quidam definiunt, dictio vitiosa enuntiatione: hoc ideo habet reprehensionem, quoniam haec definitio ad tempora et accentus tantum pertinet, id est prosodias. Item barbarismus est dictio aliqua parte sui vitiosa: hoc ad detractionem et adiectionem et transmutationem et immutationem litterarum syllabarum accentuum temporum aspirationumque pertinet, quod exemplis mox prolatis apparebit.

Consentius p. 390, 21 K.

Ex his apparet per accentus et aspirationem metaplasmum non fieri. Haec enim fere duo specialiter barbarismo remanent; nisi forte quis *ponè* metaplasmum per transmutationem accentus esse dicat. Sed mihi non ita videtur. Nam si mutatio ista accentus verbi significationem non mutaret, utique metaplasmum diceremus. Cum vero transmutatio accentus significationem quoque verbi mutat, non in eo est ratio, ut verbum contra consuetudinem enuntiatum videatur, sed in eo ratio est, ut ideo aliter enuntiatum sit, quoniam significatio non eadem sequebatur.

Consentius p. 391, 25 K.

Nunc iam quibus modis barbarismus fiat, tempestivius proferemus. In quo equidem non imitabor eos scriptores, qui exempla huius modi vitiorum de auctoritate lectionum dare voluerunt; quo ea vitiorum facta est confusio, ut paene iam nemo intellegat, quid barbarismus sit, quid metaplasmus. Nam plerumque alii atque alii, interdum iidem ipsi, et metaplasmum et barbarismum dicentes eiusdem lectionis utuntur exemplis, eoque cuncta confundunt. Nos exempla huius modi dabimus, quae in usu cotidie loquentium animadvertere possumus, si paulo ea curiosius audiamus. Diximus per adiectionem litterae syllabae temporis accentus aspirationis fieri barbarismum . . . . (per adiectionem) temporis, ut quidam dicunt *pīper* producta priore syllaba, cum sit brevis, quod vitium Afrorum familiare est; accentus, ut siquis dicens *tríginta* priorem syllabam acuat et sequentem graviter enuntiet, qui modus et per immutationem fieri videtur; . . . . Per detractionem fiunt barbarisimi sic: . . . . temporis, ut siquis dicat *ŏrator* correpta priore syllaba, quod ipsum vitium Afrorum speciale est; accentus, ut siquis *orâtorem* dicens priorem syllabam circumflexo accentu pronuntiet; . . . . Per immutationem fiunt barbarismi sic: . . . . temporis, ut siquis *pīces* dicens priorem extendat; accentus, ut siquis *óratorem* dicens primam acuat; . . . . Per transmutationem sic fiunt barbarismi: . . . . temporis, ut siquis dicens *pīcĕs* producta

priore et correpta sequenti pronuntiet; accentus, ut siquis *ōratorem* pronuntians primam syllabam circumflectat; . . . . Hi sunt fere modi barbarismorum, ex quibus apparet et aspiratione et accentu non ita frequenter fieri metaplasmos, et vicissim aliquos modos de metaplasmis non positos a scriptoribus, ut barbarismi simliter fieri posse videantur, veluti est diaeresis et episynaliphe.

Phocas p. 414, 2 K: see Charisius p. 35, 23 K.

Phocas p. 424, 5 K: see Charisius p. 68, 27 K.

Phocas p. 424, 25 K.

Phocas: 2nd half of the 5th century.

In *on* masculini generis propria desinunt, quae genitivum aut in *os* aut in *τos* mittunt apud Graecos: ea nos tertiae declinationis esse asserimus, ut *Sinon Sinonis*, *Damon Damonis* (haec interdum apud Latinos demutata novissima *n* littera proferuntur), *Laocoon Laocoontis*, *Hippocoontis*. Et quae in *os* genitivum mittunt, paenultima syllaba *o* productam habent in obliquis casibus; quae in *τos*, correptam, exceptis duobus, quae in *os* genitivum efferunt et *o* corripiunt, *Mĕmnon Mĕmnonis*, *Agamĕmnon Agamĕmnonis*.

Sisenna apud Rufinum de m. com. p. 384 Gaisf.

Rufinus: 2nd half of the 5th century.

Sisenna in commentario Poenuli Plautinae fabulae sic: "Halonium Poeni dicunt deum et producenda syllaba metri gratia exigit iambus."

Olympiodorus in Aristot. Meteor. p. 121, 8 Stüve.

Olympiodorus: later 5th or 6th century.

P. 352 b 2 *Τότε μὲν Γραικοί, νῦν δὲ Ἕλληνες.*

Τοῦτο τὸ ὄνομα οἱ μὲν 'Ρωμαῖοι παροξύνουσι 'Γραίκοι' λέγοντες, ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος ὀξύνει. καθόλου δὲ οἱ 'Ρωμαῖοι πᾶν ὄνομα παροξύνουσι διὰ τὸν κόμπον, ὅθεν 'ὑπερηνορέοντες' ἐκλήθησαν ὑπὸ τῶν ποιητῶν.

Priscianus: work on grammar completed by one of his pupils, 526-7.

The passages from Priscian are too numerous to write out and therefore a list of references is given. They are from the Grammatici Latini II and III:

Priscianus I, 4 p. 6, 17H.
" I, 5 p. 7, 6H.
" I, 47 p. 35, 24H.
" II, 1 p. 44, 1H.
" II, 12 p. 51, 15 H.
" II, 14 p. 53, 15 H.
" II, 30 p. 61, 5 H.
" IIII, 21; 22 p. 128, 23 H: see Caper.
" V, 21 p. 155, 12 H.
" V, 56 p. 177, 10 H.
" V, 61 p. 180, 12 H.
" V, 63; 64 p. 181, 16 H.

Priscianus	V, 66; 67 p. 183, 5 H.
"	V, 67 p. 183, 14 H.
"	VI, 13 p. 205, 16 H.
"	VI, 37 p. 228, 5 H.
"	VII, 5 p. 286, 24 H.
"	VII, 15 p. 298, 20 H.
"	VII, 18 p. 301, 17 H.
"	VII, 20 p. 303, 16 H.
"	VII, 60 p. 337, 9 H.
"	VII, 70 p. 348, 17 H.
"	VIII, 5; 6 p. 372, 11 H.
"	VIII, 35 p. 402, 10 H.
"	VIII, 88 p. 440, 2 H.
"	VIII, 93 p. 442, 18 H.
"	IX, 5 p. 454, 5 H.
"	IX, 11 p. 457, 18 H.
"	X, 57 p. 547, 2 H: see Scaurus.
"	XI, 6 p. 551, 24 H.
"	XII, 17 p. 586, 26 H.
"	XII, 24 p. 592, 2 H.
"	XII, 26 p. 593, 10 H.
"	XII, 27 p. 594, 15 H.
"	XIII, 10 p. 6, 8 H.
"	XIII, 13; 14 p. 9, 20 H.
"	XIII, 16 p. 11, 15 H: see XII, 17 p. 586, 26 H.
"	XIII, 21 p. 14, 7 H.
"	XIII, 29 p. 20, 4 H.
"	XIV, 1 p. 24, 15 H.
"	XIV, 3 p. 25, 9 H.
"	XIV, 4 p. 26, 4 H.
"	XIV, 6 p. 27, 4 H.
"	XIV, 9 p. 28, 24 H.
"	XIV, 12 p. 30, 25 H.
"	XIV, 15–17 p. 33, 1 H: see Censorinus.
"	XIV, 20 p. 35, 14 H.
"	XIV, 23 p. 37, 1 H.
"	XIV, 29 p. 39, 17 H.
"	XIV, 35–39 p. 42, 7 H: see Censorinus.
"	XIV, 40; 41 p. 45, 25 H: " "
"	XIV, 41 p. 47, 4 H.

Priscianus partit. VII, 137 p. 491, 19 K.
" partit. VII, 143 p. 493, 7 K.
" partit. IX, 170 p. 500, 8 K.
" partit. IX, 174 p. 501, 14 K.
" partit. XII, 211; 212 p. 511, 20 K.
" partit. XII, 215 p. 512, 16 K.
" de fig. num. 21 p. 413, 11 K.

[Priscianus] de acc., pp. 519–528 K.

Eutyches p. 447, 17 K.

Eutyches: **Pupil of Priscian. Wrote during the latter's lifetime.**

Tres quidem sunt apud Graecos coniugationum species: una, quae carens tenore in fine *βαρύτονος* ab eis appellatur, quae ex consonantibus ante finalem *ω* inventis ordinem sex coniugationum significat; alia, quae circumflexo accentu prolata apud eos iure *περισπωμένη* nominatur et ex vocalibus in secunda persona inventis ordinem trium coniugationum ostendit; et tertia, quam ex finali terminatione in *μι* desinentem dicunt, licet in paucis verbis quartam habent coniugationem. Latini vero, sicut in aliis multis, nec prorsus omnia videntur habere coniugationum indicia nec iterum carere penitus omnibus. Nam in *ω* terminationem ex parte videntur imitari, o terminalem primae personae in plerisque temporibus habentes. Cumque sint omnia verba linguae natura Romanae *βαρύτονα*, hoc est tenore prorsus in fine carentia, nec tamen proprietate circumflexorum carent, ex vocali secundae personae coniugationum ordinem ostendentia.

Eutyches p. 487, 26 K.

Sicut 'sédeo' verbum secundae coniugationis et, quod eiusdem est coniugationis compositum, 'insídeo', unde nomen 'insídiae', ex quo aliud verbum 'insídior insidiâris' traducitur, ex praeterito perfecto suo, quod est in primitivo 'sédeo sêdi' factum expulsione e, quae ante o erat, productaque paenultima, facit verbum primae coniugationis, 'sêdo sêdas' (quo modo in circumflexis apud Graecos Syracusano more saepe verbi positio derivatur ab alterius verbi praeterito perfecto, ut *ποιῶ πεποίηκα πεποιήκω*, *νοῶ νενόηκα νενοήκω*); quod potest etiam a praeterito perfecto, quod est 'sêdi' producta paenultima, nomen fecisse 'haec sêdes' eadem verbi longitudine etiam in nomine servata.

Audax a. gr. (Keil. Ind. Schol. Hal. 1875 p. IV).

Audax: **6th century, somewhat later than Priscian.**

Praepositionibus quot accentus accidunt? Tres: productus, pressus, et acutus, quos conpetentibus praepositionibus adnotabimus. At vero ceteras praepositiones praetermittimus, quoniam naturales, id est simplices accentus habere reperiuntur. Sunt praepositiones quae aliis partibus orationis respondeant; sed hae intellectu discernuntur, ut puta 'ante'

quando praepositio et quando adverbium esse dinoscitur. Quare hoc monemus, quod, quando 'ante' cum casu suo et presso accentu pronuntiatur, praepositio nuncupatur, ut apud Virgilium (Aen. V, 381):

Aeneae stetit ante pedes

et cetera talia. At vero quando 'ante' non cum casu suo et cum acuto accentu profertur, adverbium indicatur, ut apud Virgilium (Aen. III, 384):

Ánte et Trinacria lentandus remus in unda

et apud Sallustium: 'Antonius paucis ánte diebus erupit ex urbe'; item apud Virgilium (Aen. IV, 327):

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ánte fugam suboles.

Sic et aliae praepositiones quae neque cum casu suo et cum acuto accentu inveniuntur, iam non praepositiones sed hoc quod significant appellantur.

Audacius (Audax) apud Bedam de metr. p. 2363 P.

Item interiectiones omnes, ut Audacius ait, quas de Graeco sermone mutuati sumus, ideo in novissimis syllabis fastigium capiunt, ut 'papaê,' 'attát'; eodem modo et ceterae similiter vel acutum vel circumflexum in ultimo sumunt accentum.

M. Aurelius Cassiodorus de a. gr. frg. p. 2322 P.

Cassiodorus: **c. 480 to 575; grammatical work written in the latter part of his life.**

Accentus est vitio carens vocis artificiosa pronuntiatio.

Isidorus etym. I, 18 L.

Isidorus, bishop of Seville: **c. 570 to 636.**

De Accentibus. Accentus, qui Graece prosodia dicitur [ex Graeco nomen accepit]. Nam Graece πρός, Latine 'ad,' ᾠδή Graece, Latine 'cantus' est. Hoc enim nomen de verbo ad verbum expressum est. Latini autem habent et alia nomina. Nam accentus et tonos et tenores dicunt, quia ibi sonus crescit et desinit. Accentus autem dictus, quod iuxta cantum sit, sicut adverbium quia iuxta verbum est. Acutus accentus dictus, quod acuat et erigat syllabam, gravis, quod deprimat et deponat. Est enim contrarius acuto. Circumflexus, quia de acuto et gravi constat. Incipiens enim ab acuto in gravem desinit, atque ita dum ascendit et descendit, circumflexus efficitur. Acutus autem et circumflexus similes sunt. Nam uterque levant syllabam. Gravis contrarius videtur ambobus. Nam semper deprimit syllabas, cum illi levent, ut (Lucan. I, 15):

Unde venit Titan, et nox ibi sidera condit.

'Unde' hic gravis est. Minus enim sonat quam acutus et circumflexus. Monosyllaba autem pars orationis si naturaliter brevis est, ut 'vir', aut positione longa, ut 'ars', acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa, ut 'res,' circumflexum. Disyllaba pars orationis si priorem naturaliter longam habet et ultimam brevem, circumflectitur, ut 'Musa'; aliter acuitur.

Trisyllaba pars orationis si mediam brevem habet, ut 'tibia,' tunc primam acuimus. Si vero naturaliter longam habet secundam et ultimam brevem, ut 'Metellus,' tunc mediam circumflectimus. Tetrasyllaba autem [pars orationis] et pentasyllaba ratione trisyllabarum retinentur. Gravis accentus cum uno accentu poni potest in dictione una, cum utrisque numquam; ut ['Catullus']. In conposita dictione unus accentus est. Accentus autem reperti sunt vel propter distinctionem, ut (Virg. Aen. 8, 83):

viridique in litore conspicitur sus,

ne dicas 'ursus'; vel propter pronuntiationem, ne dicas 'meta' breviter et non producta [A] 'meta'; vel discernendae ambiguitatis causa, ut 'ergo'. Nam cum producitur 'go', causam significat; cum corripitur, coniunctionem.

Isidorus etym. I, 19 L.

De Figuris Accentuum. Figurae accentuum decem sunt, quae a grammaticis pro verborum distinctionibus adponuntur. 'Οξεῖα, id est acutus accentus, linea a sinistra parte in dexteram partem sursum ducta, fit ita: ⁄ Βαρεῖα, id est gravis, linea a summo sinistrae in dexteram deposita, fit ita: \ Περισπωμένη, id est circumflexus, linea de acuto et gravi facta, exprimitur ita: ^ Μακρός, id est longa, virgula iacens est ita: — Βραχύς, id est brevis, pars est circuli inferior, iacens ita: ◡ 'Υφέν, id est coniunctio, quia duo verba conectit, subiecta virgula versui circumflexa, fit ita: ◡ Diastole, id est distinctio, quae e contrario separat, dextra pars circuli supposita versui, fit ita:), Apostrophus pars item circuli dextra et ad summam litteram adposita, fit ita:) , qua nota deesse ostenditur in sermone ultima vocalis, ut 'tribunal'' pro 'tribunale'. Δασεῖα, quod interpretatur aspiratio, id est ubi H littera poni debet, tali figura notatur: ⊢ Ψιλή, quod interpretatur siccitas, sive purum, id est, ubi H littera esse non debet, tali nota ostenditur: ⊣ Quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa littera aspirationis fecerunt. Unde si coniungas has, fecisti eandem aspirationis notam. Rursus si medium eius apicem scindis, δασεῖαν et ψιλὴν facis.

Isidorus etym. I, 32, 3; 4 L.

Barbarismus autem fit scripto et pronuntiatione . . . .
Pronuntiatione autem fit in temporibus, tonis, aspirationibus et reliquis quae sequuntur. . . . Per tonos, si accentus in alia syllaba commutetur.

Beda de orth. p. 2336 P.

'Huiusce', per c litteram scribendum est; antiqui enim pronominibus 'ce'
Beda: addebant, ut 'hicce', 'illicce', 'isticce', unde subtracta eadem novissima
673-735. syllaba c relictum est, 'hic', illic', 'istic', accentu tamen remanente novissima syllaba.

Beda de orth. p. 2342 P. = Alcuinus p. 2140 P.
'Pro' . . . . et pro interiectione accipitur, ut 'pro dolor,' et circumflectitur.

Beda de metr. rat. p. 2351 P.
Syllaba est comprehensio litterarum, vel unius vocalis enuntiatio, temporum capax, quia omnis syllaba aut brevis est et tempus recipit unum, quod atomum metrici vocant, ut 'pater'; aut longa est, et duo recipit tempora, ut 'mater'; hic enim 'ma', cum dicitur 'mater', longitudine sui circumflexus tantum temporis occupat, quantum 'pa', semel, cum acute dicitur 'pater'.

Beda de metr. rat. p. 2358 P. = Servius de fin. p. 451, 9 K.

Beda de metr. rat. p. 2363 P.: see Audax.

Bonifacius a. gr. (Mai. class. auct. VII) p. 544; 545.
Sunt quaedam praepositiones, quae tam verbo, quam casui praeponuntur; aliae tantum verbo; quaedam tantum casui: aliae mutato accentu in adverbia cedunt. Hae propriae verborum sunt, di, dis, co, con, re, se, as, ... Itemque propriae casibus iunguntur hae: . . . . Sunt similiter ex universis, quae mutato accentu in adverbia cedunt. Etiam in verbis notae sunt, ut 'infra stat', 'supra stat' . . . . Quaedam quamdiu sine casibus enuntiantur, adverbia sunt, receptis casibus praepositiones; quae quando casu suo, et presso accentu pronuntiantur, praepositiones nuncupantur. . . . : at vero quando non cum casu suo, et tamen acuto accentu proferuntur, adverbia esse iudicantur; ut Sallustius: 'Antonius paucis ánte diebus scripsit ex urbe': quae quando non cum casu suo acuto accentu inveniuntur, non iam sunt praepositiones, sed id quod significant appellantur. . . . 'Re' et 'se' quando sint praepositiones, quando aliis partibus orationis respondeant per accentuum sonos dinoscuntur, pressi scilicet et acuti, ut puta 'refero', 'refer', 'sedeo', ... Item 'ante', 'post', 'penes', 'inter', nunc praeponuntur casibus, nunc mutato accentu subiunguntur; ut 'ante illum', 'illum ante'.

Bonifacius: 675–754.

Cf. Audax a. gr. (Keil. Ind. Schol. Hal. 1875 p. IV).

Alcuinus p. 2084 P.
F. Syllaba quid est? S. Vox litteralis sub uno accentu, et uno spiritu prolata. F. Quot litteris fiunt syllabae? S. Ab una incipiens usque ad sex, A, ab, abs, Mars, stans, stirps. F. Habet syllaba sensum per se? S. Non habet, nisi plena dictio per unam syllabam constet, ut 'ars', 'do', 'dic', et alia. F. Syllabae quot accidunt? S. Quattuor: tenor, spiritus, tempus, numerus. Accentus, acutus, gravis, circumflexus. In dictione, certus; absque dictione, incertus non potest tamen sine eo esse.

Alcuinus: c. 735–804.

Cf. Priscianus II, 12 p. 51, 15 H.

Alcuinus p. 2086 P.

Accentus, est certa lex et regula ad levandam et comprimendam syllabam.

Cf. [Priscianus] de acc. 5, p. 519, 25 K.

Alcuinus p. 2099 P.

F. Quomodo declinantur composita nomina? S. Si ex nominativo et obliquo casu componuntur, ea parte, qua nominativus casus est, declinantur, ut 'hic tribunusplebis', 'huius tribuniplebis', 'huic tribunoplebis' et reliqua. Si ex duobus nominibus, utrimque declinantur, ut 'hoc iusiurandum', 'huius iurisiurandi', 'huic iuriiurando'. Sin ex duobus obliquis componuntur, manent indeclinabilia, ut 'huiusmodi', 'istiusmodi', 'eiusmodi'. Componuntur quoque singularia cum pluralibus, ut 'orbisterrae', 'orbisterrarum'. Possunt tamen haec eadem composita etiam separata esse, si diversos accentus his dederis, ut 'res publica'; vel si coniunctionem interponas, ut 'tribunusque plebis'. F. Accentus compositae figurae quomodo fiunt? S. Per omnes casus et per omnes compositiones semper sub uno accentu proferuntur, ut 'iusiurandum', 'iurisiurandi', 'cuiuscumquemodi'.

Cf. Priscianus V, 66; 67 p. 183, 5 H.

Alcuinus p. 2104 P.

F. Unde illa compositio, 'egomet' et 'huiusce'? S. Non est compositio, sed paragoge, i. adiectio syllabae. Et sunt quattuor eiusmodi adiectiones, 'me', 'ce', 'te', 'pte', ut 'egomet', 'tute', 'meapte', 'huiusce', 'illice'; quod per apocopen profertur, 'illic', ultima circumflexa.

Cf. [Priscianus] de acc. 46 p. 528, 19 K.

Alcuinus p. 2123 P.

Sunt alia communia diversorum temporum, ut 'olim', 'dudum'. . . . . 'Quondam', praeteritum, 'Quondam fuit ista in hac republica virtus'. Praesens verum, 'Quondam etiam victis redit in praecordia virtus'. Futurum: 'Tempus erit quondam'. Similiter ex eo composita, 'aliquando', 'nequando', quae in penultimo accentum habent, ne duae partes putentur. Sed 'quando' et 'quomodo', 'ubi', 'unde', 'qua', 'quo', interrogativa acuuntur, relativa gravantur per omnes syllabas.

Alcuinus p. 2136 P.

F. Si umquam supponuntur praepositiones? S. Etiam, sed raro; et hoc eo, euphoniae causa id est sonoritatis, ut in pronominibus 'mecum', 'tecum', 'secum', 'nobiscum', 'vobiscum'; sed et poetica auctoritate in metris praepostere poni eas invenies, ut 'maria omnia circúm', et ibi finalis syllaba acuitur, ne nomen putetur. F. Habent praepositiones accentus per se? S. Habent acutum accentum in fine, tam apud Graecos, quam apud Latinos, qui tamen in gravem semper vertitur, quia praepositio ubique sequenti dictioni, seu per appositionem, seu per compositionem, adnectitur et quasi una pars cum ea profertur.

Alcuinus p. 2139 P.
Derivatur ab 'ab', 'absque'. Nam 'que', quando vim et significationem coniunctionis non habet, syllaba est, non pàrs orationis, quomodo in 'ubique', 'undique', 'denique', 'itaque', 'utique', 'uterque', 'plerumque'; et ideo accentum non mutant.
Cf. Alcuinus p. 2104 P.; [Priscianus] de acc. 46 p. 528, 19 K.

Alcuinus p. 2140 P.
'Pro' . . . . etiam pro interiectione accipitur, ut 'prô dolor', et circumflectitur (cf. Beda de orth. p. 2342 P.) . . . . 'Cum' quoque postponitur quibusdam pronominibus, euphoniae causa, ut 'mécum', 'técum', 'sécum', 'nobíscum', 'vobíscum', et [ante]penultima in his elevatur. Aliis postposita acuitur, ut 'quocúm', 'quacúm', 'quicúm', 'quibuscúm' (cf. Priscianus XIV, 47 p. 51, 7 H). . . . . Et 'sine' anteposita gravatur, ut 'sìnè timore', postposita acuitur, Virgilius, 'Si sìnè pace tua' (cf. Censorinus apud Priscianum XIV, 49 p. 52, 19 H; and note the inexcusable error of Saxo, which Alcuin has allowed to pass unnoticed by Magister).

Alcuinus p. 2142 P.
F. Quid de accentibus earum (sc. interiectionum) dicis? S. Quid aliud, nisi quod incerti, et pro affectus qualitate longius vel brevius, acutius vel gravius incondita voce proferuntur?

Paulus p. 19 M.
Adeo duas habet significationes. Nam quum prima acuta effertur, idem Diaconus: significat, quod *accedo*, ut quum dicimus: *ádeo praetorem*. Quum autem secunda, idem quod *usque eo*, non quidem secundum rationem, quia *ad* praepositio accusativis accommodata est, sed vetusta quadam loquendi consuetudine.

Paulus p. 82 M.
Ergo correptum significat idem, quod apud Graecos *οὐκοῦν*; producte idem, quod *χάριν*, hoc est *gratia*, quum scilicet *gratia* intellegitur pro *causa*. Sed illud superius etiam sine exemplis notum est; hoc inferius sic formatur, quum dicimus de aliquo: *statua donatus est honoris virtutisque ergo*, id est *honoris virtutisque causa*.

Paulus p. 248 M.
Pone gravi sono ponitur pro loci significatione.

Paulus p. 259 M.
Quando quum gravi voce pronuntiatur, significat *quod, quoniam*, et est coniunctio; *quando* acuto accentu, est temporis adverbium.

Cod. Bern. 207 (saec. IX–X).
F. 2^b-17^a continentur Donati scripta. Cf. Anecd. Helvet. p. XVII H.

Anecd. Helvet. p. XVIII H.

F. 11ª post verba: 'syllaba apud metricos semipes nominatur' p. 369 15 haec inserta sunt sermone continuato:

Accedunt unicuique sillabae tenor spiritus tempus et numerus litterarum. Tenor acutus gravis vel circumflexus in dicione certus absque ea incertus non potest tamen sine eo. . . . . F. 11ᵇ Habet etiam unaquaeque sillaba altitudinem latitudinem et longitudinem. Altitudinem in tenore, crassitudinem vel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore.

Cod. Bern. 123 (saec. X): Anecd. Helvet. p. XXXIII H.

F. 34ᵇ (cf. Don. p. 371, 25). Quot res conturbant legem accentuum? III. Quae? Distinctio pronuntiatio discretio. Distinctio quomodo turbat? Ut siquis dicat malêsanus pro malesânus, interea loci pro interеam (= intereā) loci. Pronuntiatio quomodo? Ut cum dicere debeamus latebras (lateras), dicamus latebras, ut quidam in versu:

Argolicas foedare latebras

(in vesu argolicas federare, Verg. Aen. II 55) . . . .

Est alia res, quae hanc legem violet? Sunt equidem IIII particulae, quas quidam pronuntiationi applicant, idest que ve ne ce. Quomodo? Cogunt (cogun) enim accentum in ultimam contra legem transire cum (cum *om.*) subsecuntur. Da exempla. Doctusque doctusve doctusne doctusce.

Cod. Bern. 16 (saec. IX): Anecd. Helvet. p. XLV H. (For description of the codex, see p. XLIV).

F. 5ª col. 1. Accentus est anima verborum sive vox syllabae, quae in sermone plus sonat de ceteris syllabis. Accentus autem a cantu vocatus est, quia in ipso cantu producitur modulatio vocis.

Ex cod. Bern. 83 (saec. X): Anecd. Helvet. p. CIII H. (See p. XCIX for date).

'Mulierem' in antepenultimo nemo debet acuere, sed in penultimo potius, ut calefacit.

Remigius in cod. Bern. 386: Anecd. Helvet. p. CXI H.

Remigii vero expositionis hoc est principium f. 25ª: . . . . *desinitque in haec verba f. 36ᵇ:* (Don. p. 392, 2)—

Accentus in interiectione certi esse non possunt ut fere in aliis vocibus quas inconditas invenimus. In aliis vocibus i. in aliis partibus sive dictionibus s. barbaris et peregrinis quae incondite dicuntur i. incomposite quia illorum regulas vel accentus ignoramus: 'fere' autem dicit quia quorum noticiam habemus ut cristus scimus quem accentum habeant, vel aliter: nullus accentus certus est in interiectione ut fere in aliis vocibus quia quaeque gens suas habet interiectiones quae in aliam linguam transferri non possunt, unde racha, quae interiectio est ebraica abª (?) in alia non

p[r] (potest? potuit?) in alia lingua exponere. Nichil autem differt utrum pape accentu in fine posito aut penultima dicatur: similiter in ceteris.

Comm. Bern. in Don.: Anecd. Helvet. p. CXV H.

F. 18[b] (Don. p. 392, 21) Detrahuntur accentus, ut si quis meta creta et cetera talia sub acuto accentu pronuntiaverit, cum sub circumflexo pronuntianda sint: tunc fit detractio circumflexi et positio acute.

Papias de a. gr.: Anecd. Helvet. p. CLXXXII, 20 H.

Proprium est interiectionis, motum animi vel affectum verbi sine certo accentu significare, ut papae, et si non addatur, significatur miror.

De Patronomicis.

F. 138[a] col. I . . . . sic quoque Tyberias Herodias patronomicum servant accentum, quae Graecum servant nominativum; ubi vero mutatio fit litterae aut temporis, apud nos Latinae regulae servamus accentum, ut Lysia Asia.

Papias produced his *Elementarium* c. 1063. He then composed his book on grammar, following the authority of Priscian (See Anecd. Helvet. p. CLXXIX H).

Artigraphus Bernensis: Anecd. Helvet. p. CCIX H = Iuliani exc. p. 321, 12 K.

Quid est arsis? Elevatio, id est inchoatio partis. Quid est thesis? Positio, id est finis partis. Quo modo? Puta si dicam prudens, pru elevatio est, dens positio. In trisyllabis et tetrasyllabis pedibus quot syllabas evindicat arsis et quot thesis? In trisyllabis, si in prima syllaba habuerit accentum, ut puta dominus, duas syllabas vindicat arsis. Sic et tempora secundum quantitatem syllabarum sibi vindicabunt.

Iulianus was bishop of Toledo, 680–690. (see Keil p. 314).

Pulianus Toletanus: Anecd. Helvet. p. CCXVII, 22 H: see Cledonius p. 78, 2 K.

Iulianus Toletanus: Anecd. Helvet. p. CCXVIII, 26 H.

Accentus interiectionibus certi esse non possunt, ut fere in aliis vocibus, quas inconditas invenimus. Quomodo? Sicut in peregrinis verbis, aut in barbaris nominibus accentus certi non sunt, ita et in interiectionibus. (Cf. Alcuinus p. 2142 P.).

Artigraphus Bernensis: Anecd. Helvet. p. CCXVIII, 28 adn. H.

In interiectionibus et in peregrinis verbis et in barbaris nominibus certi sunt accentus, an non? Non. Quid ibi faciendum est? In potestate uniuscuiusque consistit. Quomodo? Ut, cum necessaria fuerint, ita in metrica ponantur ratione.

Ars cod. Bern. f. 58[b]: Anecd. Helvet. p. CCXXXIII, 16 H.

Discretio corrumpit regulam accentuum. Quomodo? Puta si dicam

'pone' et 'ergo'. Inter 'pone' et 'pone' quid distat? Si dixero 'pone' et paenultimo loco habuerit accentum, erit verbum imperativi modi. Da eius exemplum.

Pone supercilium, si te cognoscis amicum.

Nam si ultimo loco habuerit accentum et subsecutum fuerit nomen accusativi casus, erit praepositio. Da eius exemplum.

Pone faces caudis circumligat, in sata mittit.

Si verbum subsecutum fuerit et in ipsa ultima syllaba habuerit accentum, erit adverbium loci, quod significat 'retro' 'pone'. Da eius exemplum.

Pone subit coniux, ferimur per opaca locorum.

Inter 'ergo' et 'ergo' quid distat? Si ultima syllaba habuerit accentum, erit adverbium prohibentis. Da eius exemplum.

Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces.

Si vero paenultimo loco habuerit accentum, erit coniunctio. Da eius exemplum.

Ergo quid hinc agimus? nunc te rogo, celsa potestas.

Paperinus in cod. Bern. 123: Anecd. Helvet. p. CCLII H.

F. 5ª Item Paperinus: Nulla vox duarum vel plurium syllabarum acuto sono in ultima terminatur; circumflexum non alia pars postremum habet, nisi pars, cuius posterior syllaba natura longa excurrit, quae aut amissione ultimae syllabae litterarumve aut earum, quae sunt ante ultimam, corrumpitur, ut 'pacat' 'opplet' 'finit' 'agnot' 'audit' 'addic' 'adduc' 'adhuc' 'posthac' 'antehac' 'audi' 'cupi', quae plena et integra alia sunt, ut 'paravit' 'opplevit' 'finivit' 'agnovit' 'audivit' 'addice' 'adduce' 'adhuce' 'posthace' 'antihace' 'audivi' 'cupivi': huius quoque generis sunt 'istoc' 'illoc' 'istac' 'illac' 'istic' 'illic'.

Ex cod. Bern. 83 (saec. X): Anecd. Helvet. p. 173, 30 H.

Illa nomina Graeca, quae sunt fortia vel principalia, corripiuntur in paenultima, ut 'allegoria' 'ironia' 'historia'. Similiter et illa, quae licet sint composita, non sunt tamen a masculinis venientia et insuper unam syllabam in duas breves dividentia, ut 'melodia' 'psalmodia' 'prosodia', quae composita esse patet ab 'oda'; porro illa nomina, quae sunt a masculinis venientia, ut 'sophus sophi' 'sophia', ut illud:

Sophia nota tuae menti et mens nota sophiae,

'philosophus philosophi' 'philosophia' 'acyrologia' 'macrologia' 'perissologia' 'tautologia' 'theologia' 'analogia' 'artigraphia' 'orthographia' et cetera his similia producuntur in paenultima; quia enim dirivatur ab 'urano', 'Urania' producitur paenultima, ut est illud:

Urania poli motus scrutatur et astra.

Sequitur:

Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.

Quia igitur 'Polymnia' non venit a 'polymno', sicut 'Urania' ab 'urano', corripitur illa, producitur ista.

Ex cod. Bern. 83: Anecd. Helvet. p. 176, 35 H.

'Saffirus' 'Sardius' 'Bacchius' 'Epirus' 'butyrum' 'romphea' 'anathema' 'Amalechita' naturaliter habent paenultimam longam, sed antepaenultima habet accentum, sicut illud Maronis exponens Servius:

India mittit ebur, molles sua tura Sabaei—
Castorea Eliadum palmas Epirus equarum

ait: 'Epirus' pi longa est, sed e habet accentum. Similiter 'abyssus' 'baptisma', quorum paenultima positione cognoscitur esse longa, sed acuitur antepaenultima, quia propter h vel y aufertur accentus de paenultima, nec mirum, cum apud nos quoque 'locupletis locupletes' et 'locupleto locupletas' et 'assevero asseveras' 'persevero perseveras' 'eradico eradicas' longa sit naturaliter paenultima et tamen propter eufoniam accentum habet antepaenultima et e contrario 'calefacis' 'fervefacis' 'arefacis' 'tepefacis' 'labefacis' 'madefacis' accentum habet paenultima, licet sit brevis, et rursus 'aliquando' 'nequando' 'siquando' accentum tenet antepaenultima, licet longa sit paenultima. See Alcuinus p. 2123 P.

Ex cod. Bern. 83: Anecd. Helvet. p. 182, 18 H.

Sicut ab h et y litteris, ita nihilominus et a chi et a gi syllabis auferetur accentus in omnibus Graecis, ut 'Helenus' 'Helena' 'anathema' 'romphea' 'butyrum' 'sapphirus' 'Amalechita' 'Ariopagita', unde et illa nomina Latina, quae sunt a Graecis nominibus dirivata, corripiuntur in paenultima suntque penes nos naturaliter correpta 'faginus' 'oleaginus', cum producantur e contrario dirivationis eiusdem cetera possessiva, ut 'cedrinus' 'cypressinus'.

Ex cod. Bern. 83: Anecd. Helvet. p. 183, 4 H.

'Sarcofagum' frequenter in antepaenultima quidam accuunt, sed suavius est paenultimam acui. Ceterum unumquemque aurium potius oportet mulcedini inservire secundum illud, quod Cicero Tullius perhibet: 'imperatum est a ratione, ut peccare suavitatis causa liceret'.

Ex cod. Bern. 83: Anecd. Helvet. p. 184, 27 H.

Duas etiam partes vide deinceps, ne sub uno accentu pronunties, idest 'verum tamen', quod nihil est aliud, quam 'set tamen'; 'et tamen' 'et quidem', sic 'verum tamen' ut duae partes efferendae sunt, nisi forte cum sint etiam duae partes 'pube tenus' te fallat, sed ne diutius fallat, adtendendum est, quod praepositiones, quando nominibus apponuntur, gravantur; ergo 'tenus' ut gravaretur praeposita regulariter, nihilominus gravatur et supposita.

Vergilii gramm. exc.: Anecd. Helvet. p. 190, 1 H.
Omnes grammatici dicunt, quod accentus vocis non potest in ultima syllaba esse apud Latinos, nisi in paucis. Vergilius tamen Maro in multis verbis ponit in ultima ita dicens: Nonnulli aiunt, quod in uno quoque gressu, idest sono duum pedum, idest syllabarum primus elevetur et secundus inclinetur, ut légit ágit núbit vádit. Sed nos dicimus, quod rectum esse sentimus, quod non minus reperimus secundos pedes elevari, quam primos, ut egó amá docé audí. Maxime autem haec diversitas ob dissimilium sonorum discretionem reperta est, ne confusibilitas aliqua nascatur. Dicimus enim nominativo casu sédes elevata prima; at si verbum sit, versa vice secundum levantes pedem dicimus sedés; sic cum dicitur réges, primus erigitur; at cum verbum regés, secundus pes elevatur, quod non secundum rationem metrorum, sed secundum discretionis aptitudinem facere solemus, sicut etiam . . . . imperativo modo primam acuimus syllabam et novissimam calcamus; at ex diverso, ubi adverbium sit aut praepositio, prima calcatur, novissima acuitur.

Vergilius flourished in the 6th or 7th century. Cf. Anecd. Helvet. p. CVI.

Comm. Einsidl. in Don. (from cod. Einsidl. 172 saec. X): Anecd. Helvet. p. 218, 18 H. Cf. Don. p. 371, 24 K.
In interiectionibus, ut ait Donatus, nulli certi sunt accentus; aut enim dicas évax acuto paenultimo vel evá x ultimo acuto, idem est. Sic et heu et euge et papae. 'Heu' autem interdum monosyllabum est aut disyllabum, sicut metri necessitas coegerit.

Comm. Einsidl. in Don.: Anecd. Helvet. p. 228, 33 H. Cf. Don. p. 371 K.
. . . . et proprietatem. Ordo est: *Conturbat saepe*, i. frequenter commovet accentuum legem, 'vel ratio distinguendi', i. dividendi. Verbi gratia, si quis legens 'malesanus' dividat in duos accentus, ut 'male' unum accentum habeat et 'sanus' alterum, cum potius sub uno acentu pronuntiandum sit; 'vel pronuntiandi ratio', i. enuntiandi, quando aliquis pharétra et tenébrae et similia dixerit acuto in paenultima posito, cum in antepaenultima ponendus sit, vel etiam sequentibus quattuor particulis, i. ve ne ce que, accentus in ultimo improprie ponitur, ut 'dixitque' 'putasne' 'verbove' 'huiusce'; 'vel discernendae ambiguitatis', i. segregandae dubietatis, videlicet dum necessitatis causa ponitur accentus in ultimo loco, sicut in adverbio 'pone', ne putetur verbum esse imperativi et in paenultimo, sicut in nomine, quod est 'persona'. *Graeca verba*, s. quae ita sunt nobiscum, sicut apud Graecos, sine aliqua mutatione, ut Themisto Calypso. *Melius*, honestius pulchrius. *Efferimus*, pronuntiamus. *Discretio-*

nis, i. separationis divisionis. *Pone*, i. iuxta, in quo mutatur et accentus et locus. *Ergo*, ut quidam volunt, causam significat, ut 'ergo illius veni', i. causa s. illius, a nomine, quod antiqui habebant 'ergum ergi', i. causa, cuius ablativus in usu remansit apud nos et in fine circumflectitur. Sed, ut Sergius dicit, melius significat 'propter'. Sic enim resolvit: 'Ergo illius veni', i. propter illum.

Comm. Einsidl. in Don.: Anecd. Helvet. p. 229, 19 H. Cf. Don. pp. 371 and 372 K.

Per obliquum, s. iter i. tortuosum. *Ascendens*, iens. A *summo*, i. ab alto. *Descendens*, i. ruens. *Longa linea*, s. accentus est. *Aequaliter ducta*, ita—, de qua syllabae duo tempora habentes designantur, ut in pedibus supra dictum est. *Brevis virgula*, s. accentus est. *Panda*, curva obunca inclinata. *Contractior*, i. brevior ita ◡. Ista enim brevis virgula non ita rotunda est, ut semicirculus, sed virgula est superius curva, qua brevis syllaba unum tempus habens ostenditur. Isti ergo duo accentus, longus et brevis, in ostensione temporum supponuntur syllabis. *Hyfen virgula*, s. parva. *Subiecta*, i. supposita submissa. *Versui*, i. metro vel prosae. *Hac nota*, i. figura. *Subterposita*, i. subiecta subtus missa. *Exigit*, i. requirit compellit. *Antevolans*, i. praecurrens. In istis igitur verbis ne erret puer putando duas esse partes, subtus ponitur hyfen coniungens duo in unum. Est autem Graecum nomen, Latine sonat coniunctio. Coniungit enim male separata et interpretatur supposita coniunctio. *Diastole*, s. accentus dissimilis hyfen, quia, sicut ille coniungit, ita iste separat. Proprie autem diastolê est intercolumnium i. spatium, quod fit inter columnas. 'Stole' enim dicitur columna, inde diastole dicitur disiunctio, eo quod male coniuncta disiungat. *Ad imam*, i. ad finem. *Discernuntur*, i. separantur. *Cohaerentia*, i. coniungentia, ut '*virginis ira*'. *Apostrophus item*. Congrue dixit 'item', quoniam praedicta iteratur figura, sed aliud supra et aliud agit infra. Apostrophus enim Graece conversio locutionis dicitur Latine, inde apostrophus a conversione vocatur, quia consonantem dictionis, cuius vocalis aufertur, convertit ad praecedentia. Unde haec figura bene conversiva vel reversiva sive regressiva dicitur. Differunt autem inter se apostrophus et diastole, quod diastole ad extremitatem ponitur litterae, apostrophus vero ad summitatem ut tanton' pro tantone et viden' pro videsne, audin' pro audisne. Hoc autem fit causa metri, in prosa vero ad pristinam revertitur formam. *Ceterum*, pro sed. *Addita*, adiuncta s. per dasian; *vel detracta*, subtracta per silen. 'Dasian' interpretatur pinguedo vel aspiratio sive uberior sonus et dicitur a dando; 'silen' siccitas sive purum interpretatur et a silendo dicitur.

Comm. Einsidl. in Don.: Anecd. Helvet. p. 261, 13 H. Cf. Don. p. 387 K.

Pone et verbum est et adverbium, sed accentu distat; quando adverbium est, significat prope vel retro. Unde *Virgilius:*

Pone subit coniunx.

Cf. Servius ad Aen. II, 725.

Comm. Einsidl. in Don.: Anecd. Helvet. p. 266, 9 H. Cf. Don. p. 392 K.

Nullus accentus certus est in interiectione. *Ut fere in aliis vocibus* i. in aliis partibus, quia quaeque gens suas habet interiectiones, quae in aliam linguam transferri non possunt. Unde 'racha' interiectio Hebraea ab evangelista in alia lingua exprimi non potuit. Nihil autem differt, utrum 'papáe' accentu in fine posito dicatur, an in paenultimo 'pápae'. Similiter in ceteris.

Frg. de acc. e cod. Bob. (nunc Vindob. XVI) p. 142 Endl.

Accentus Graeci προσῳδίαν appellant. Triplex autem est. Aut enim acutus est, quem ὀξεῖαν dicunt, aut gravis, quem βαρεῖαν, aut circumflexus, quem περισπωμένην. Omnia igitur nomina, sive verba, sive quae alia pars orationis fuerit, hanc rationem enunciationis recipient.

Monosyllaba aliquid significantia, si fuerint natura longa, id est, produci potuerint, circumflexa voce efferuntur, ut *spes*, *flos*, *mos*, *ros*. Si positione longa fuerint aut certe brevia, acuta voce pronunciabuntur, ut *non*, *nec*, *quis*, *quid*, *hic*, *nux*.

In disyllabis autem, si primo loco producta fuerit syllaba, habebit in se circumflexum accentum: *Roma*, *rhetor*, *bruma*, *ita*, *prima*. Si vero prima syllaba positione longa fuerit aut brevis, acutum tonum in prima reperies, ut *canto*, *condo*, *curro*, *salto*, *pinna*, *secta*. Sed ne opponi nobis a nimium diligentibus illa possint, quae acuta syllaba in novissimo efferuntur, ut *Cyclas*, *Dryas*, *Thyas;* illud est respondendum: omnia verba peregrina secundum suam positionem, quomodo lecta sunt, ita enunciari debere; nam cum in nostram consuetudinem transeant, rationi nostrae quoque inserviant necesse est. Ceterum nullum est verbum sive disyllabum, sive trium pluriumve syllabarum, quod novissima syllaba acute enuncietur.

Super istud de trisyllabis dicamus, in quibus haec erit observatio: si media syllaba positione longa fuerit, acuto tono enunciabitur, ut *Metellus*, *cancelli*, *lanistae*, *fenestrae*. Explicit de accentibus.

Exc. de acc. (t. VI p. 274, 22 K).

Accentus sunt tres, acutus gravis et circumflexus. Reliqui enim quattuor, longus brevis lenis adspiratus, tenores potius quam accentus

dictionis sunt existimandi. Nam omnis syllaba, quae aliquem e tribus superioribus sibi vindicat, utique alias ingenitam sibi habet aut longitudinem aut brevitatem aut lenitatem aut adspirationem. Quae si accentus essent, pariter duae syllabae in unum constare non possent.

Longum accentum transversa I littera notat, brevem C sursum spectans. Sed in illis sonos, in his tempora dinosci videmus. Adspirationem H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem. His adiciunt hyphen fere, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt ‿: utriusque verbi proximas litteras inflexa subter virgula iungunt, ut est 'Turnus ut ante ‿ volans'. Item apostrophon, cum vocalem ultimam subtrahimus: hanc sic notant,' ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam quae ad eam spectat apponunt, 'tanton' me crimine dignum duxisti?'

II. CRITIQUE

In a study of the tradition of the Latin accent, one is embarrassed at the outset by the large mass of material, much of which is apparently valueless because it consists in a mere repetition by a later grammarian of something already said before. The fifth century grammarian Pompeius evidently wrote for school-boys, and his remarks on accentuation are not more illuminating than those of others; but since he seems to me to have made a more systematic presentation of all necessary traditional categories, I shall use his remarks as the basis of this discussion, attempting to compare with his dicta the statements of all the other grammarians of the earlier and the later periods. The discussion may well fall under three headings:

I. The Nature of the Accent.
II. The Rules of the Accent.
III. The Apparent Exceptions to these Rules.

Pompeius begins (p. 125, 35 K) with the derivation of the word 'accentus' and gives two other names: Graeci prosodias dicunt accentus hac ratione: *pros* dicunt *ad*, *cantum* dicunt *oden*. Verbum de verbo Latini expresserunt, ut dicerent *prosodias accentus*. Sed Latini habent et alia nomina: et *tonum* et *tenorem* dicunt. Nihil interest, sive accentum dicamus sive tonum sive tenorem; eadem ratio est, nomina sunt tantum modo dissimilia.

The various designations of other writers are:—

'Voculatio'—Nig. Fig. apud Gell. N. A. XIII, 26 (25).
'Prosodia'— Varro p. 213, 3 G-S. = Varro apud [Sergium] p. 525, 18 K.
'Tenores' (called by the ancients 'tonores') or 'accentus'—Quin. I, 5, 22.

'Notae vocum,' 'moderamenta,' 'accentiunculae,' 'voculationes'—Aul. Gell. N. A. XIII, 6, 1.
'Toni,' 'tenores'—Don. p. 371, 2 K.
'Fastigia,' 'tenores,' 'soni,' 'cacumina'—Diom. p. 431, 1 K.
'Tenores sive accentus'—Serg. de acc. [in Don.] p. 482, 6 K.
'Accentus,' 'tonus,' 'tenor'—Serv. c. in Don. p. 426, 7 K.
'Fastigium'—Mart. Cap. III p. 64, 29 Eyss.; III p. 65, 15 Eyss.; 'fastigia,' 'cacumina,' 'toni,' 'soni'—under III p. 68, 1 Eyss., ad fin.
'Accentus,' 'toni,' 'tenores'—Cled. p. 31, 29 K.; p. 32, 2 K.
'Tenor,' 'accentus'—Pris. passim.
'Accentus'—[Pris.] de acc. 4, p. 519 K, and passim.
'Tenor,' 'accentus'—Eutyc. p. 447, 17 K.
'Accentus,' 'toni,' 'tenores'—Isid. etym. I, 18.
'Tenor,' 'accentus'—Alc. p. 2084 P.
'Tenor,'—Cod. Bern. 207 (saec. IX-X): Anecd. Helvet. p. XVIII H. See also Cod. Bern. 16 (saec. IX): Anecd. Helvet. p. XLV H.
'Accentus'—Frg. de acc. e cod. Bob. (nunc Vindob. XVI) p. 142 Endl.

I. The Nature of the Accent.

Those who hold that the Latin accent was one in which stress predominates base their conclusions on the phenomena of the language itself and of the languages derived from it. The promoters of the musical theory, on the other hand, claim the statements of the grammarians as their authority. It has been proved that our theory of Indo-European accent is false in its origin, and that the commonly accepted theory of the Latin accent is the result of an attempt in classical times to foist upon the Romans the Greek musical accent.[1] Let us now examine in detail the statement of all the ancient writers.

Cicero, Or. XVIII, 58 has been discussed above. For Varro, see FitzHugh, L. S., pp. 39–48. A remark of Gellius (N. A. XIII, 6, 1) seems to give evidence in favor of the stress theory. See this passage above.

Marius Victorinus (fl. 324–361) was the first to discuss the Latin accent systematically. The conclusion reached from a study of his Ars Grammatica (p. 192, 15 K ff.) is that he was influenced by the Ciceronian and Varronian tradition and therefore regarded the Latin accent as musical. A similar impression is gained from a study of Aelius Donatus p. 371, 2 K ff. (about the middle of the fourth century); from Diomedes p. 431, 1 K ff. (second half of the fourth century), though in the passage pre-

[1] Cf. FitzHugh, I. R., pp. 20 ff.; pp. 51 ff.

ceding this (p. 430, 29 K) he seems to give slight evidence of stress: Accentus est acutus vel gravis vel inflexa elatio orationis vocisve *intentio* vel inclinatio acuto aut inflexo sono regens verba. Nam ut nulla vox sine vocali est, ita sine accentu nulla est; et est accentus, ut quidam recte putaverunt, velut *anima vocis*. The use of 'elatio' and 'intentio' in the same sentence shows that he hesitates as to which theory to accept.

When we come to Servius, born perhaps before 360, we find a new and more healthy tradition. It is true that he gives the orthodox derivation of the word 'accentus,' and mentions 'tonus' and 'tenor' as synonymous (c. in Don. p. 426, 7 K). But this he does for pedagogical purposes, as also in *de fin.* p. 451, 9 K: Medias syllabas tribus modis cognoscimus, positione et diphthongis et accentu. Sed de positione et diphthongis supra tractavimus. Accentus autem est quasi adcantus dictus, quod ad cantilenam vocis nos facit agnoscere syllabas. He then explains what he means by 'cantilena vocis': Qui vocis accentus duo sunt ad ea quae tractamus necessarii, correptus et productus. Correptus est, quotiens sine ulla mora vocis medias syllabas enuntiamus, ut *moenia tabula*. Productus est, quotiens medias syllabas cum aliqua mora vocis exprimimus, ut *fortuna natura*. He could not suddenly break away from the terms of the musical theory, for this was the traditional nomenclature.

In his *commentarius in Don.* p. 426, 16 K, there is certain evidence of stress accent: Accentus in ea syllaba est, quae *plus sonat*. Quam rem deprehendimus, si fingamus nos aliquem longe positum clamare. Invenimus enim naturali ratione illam syllabam *plus sonare*, *quae retinet accentum*, atque usque eodem nisum vocis ascendere. For a similar view, cf.

Pompeius p. 126, 27 K ff. (c. end of fifth century);

Isidorus etym. I, 18—[1] (c. 570–636);

Codex Bernensis 16 (saec. IX): Anecd. Helvet. p. XLV H.

It has been suggested that those grammarians who speak in terms of stress accent lived at a time when the Latin accent had become stressed and that they gave laws for the accentuation of their own time which were not applicable to the classical period.[2] If this is true, it is a curious fact that all those who wrote upon this subject in the time of Servius or later did not state the case as he did. The passages where the laws of accentuation are given, in which no mention is made of the loud or strong sound (plus sonat), are the following:[3]

[1] *Minus enim sonat* (sc. gravis) quam acutus et circumflexus.

[2] Cf. Johnson, Charles W. L., The Accentus of the Ancient Latin Grammarians, TAPA XXXV (1904), pp. 65–76. Ahlberg, A. W., Studia de Accentu Latino, Lund, 1905.

[3] Only those contemporary with Servius or later are included.

Sergius de acc. [in Don.] p. 482, 19 K ff.; [Sergius] de acc. p. 524, 19 K ff.; Dositheus p. 377, 6 K ff.; Martianus Capella III p. 65, 15 Eyss. ff.; Cledonius p. 32, 2 K ff.; [Priscianus][1] de acc. p. 520, 17 K ff.; p. 521, 5 K ff.; Frg. de acc. e cod. Bob. (nunc Vindob. XVI) p. 142 Endl.

The fact that the grammarians of this later time used illustrations taken from classical Latin authors is even more significant.

Important in their bearing upon the nature of the Latin accent are passages of two Greek writers, Athenaeus and Olympiodorus. All that we know of the life of the former is that he was born at Naucratis, in Egypt, under Marcus Aurelius; the latter was a neo-Platonist of the later fifth or sixth century.

Athenaeus Deipnos. X p. 425 a.

Καὶ παρὰ Ῥωμαίοις δὲ οἱ εὐγενέστατοι τῶν παίδων τὴν λειτουργίαν ταύτην ἐκτελοῦσιν ἐν τοῖς δημοτελέσι τῶν θυσιῶν πάντα τοὺς Αἰολεῖς μιμούμενοι ὡς καὶ κατὰ τοὺς τόνους τῆς φωνῆς.

Casaubon's note upon this passage is as follows: Verissimum est quod scribit aliquanto pòst Athenaeus: Romanos & in moribus institutísque multis, & *κατὰ τοὺς τόνους τῆς φωνῆς*, Aeoles potissimùm ex omnibus Graecis esse imitatos. Utriusque linguae periti fatebuntur ita esse: ac memini Dionysium Halicarnasseum, & Priscianum aliquot locis disertim huius nos admonere.

Aeolic Greek was barytone.

Olympiodorus in Aristot. Meteor. p. 121, 8 Stüve.

p. 352 b 2 *Τότε μὲν Γραικοί, νῦν δὲ Ἕλληνες.*

Τοῦτο τὸ ὄνομα οἱ μὲν Ῥωμαῖοι παροξύνουσι 'Γραίκοι' λέγοντες, ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος ὀξύνει. καθόλου δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πᾶν ὄνομα παροξύνουσι διὰ τὸν κόμπον, ὅθεν 'ὑπερηνορέοντες' ἐκλήθησαν ὑπὸ τῶν ποιητῶν.

Would this indicate that the Romans had no circumflex accent? The meaning of *κόμπος* is not clear. The translation 'pride,' 'haughtiness,'[2] generally given for this passage, does not seem to suit it. Can it be equivalent to the Latin tripudic stress? The definition of the word, given in Duncan, Lexicon Graecum of Tobias Damm, follows: *κόμπος*, sonus qui

[1] I believe that this was the work of Priscian for three reasons: 1. Priscian nowhere in the works generally ascribed to him treats accentuation systematically and categorically, as he treats other subjects of grammar. 2. Priscian, XVII, 40 p. 133, 1 H, mentions his book on accentuation: . . . . de quibus in libro, qui est de accentibus, latius tractavimus. 3. Alcuin in certain of his remarks upon accent reflects both Priscian and Ps.-Priscian. Cf. Alcuin p. 2084 P.; 2086 P.; 2099 P.; 2104 P.; 2139 P.; 2140 P. Little importance could be attached to the last unless it were true that Priscian was extensively studied in the Middle Ages.

[2] Cf. Lindsay p. 156.

caedendo aut tundendo redditur. A κόπω vel κόπτω, interserto μ, ut sonus eo liquidius imitando exprimatur. Proprie dicitur, quando aper ad saxa vel duras arbores acuit dentes: deinde de quovis sono ex percussione orto: metaphorice autem, . . . πολὺς δ' ὑπὸ κόμπος ὀρώρει, θ,380, i. e. δοῦπος, et quidem h. l. ἠχός τις ὀρχηστικός, quando in saltatione terra pulsatur, ut resonet crassum quid. In Pindaro hic posterior significatus, ex tripudio laeto deductus, obtinet; et deflectitur ad gloriationem honestam, etc. . . . . See also Stephanus, s. v.

ὑπερηνορέοντες—Stephanus, s. v., cites the passage as 'mirum grammaticorum commentum'.

A study of the versification of the Roman dramatists is important for determining the nature of the Latin accent, and though such a study is not within the province of this paper, it may be well to note the conclusion reached by Professor FitzHugh in his examination of five examples adduced in Leo's *Saturnischer Vers*. He proves conclusively, for all iambic and trochiac verse, that the artificial *ictus* cannot occur more than once in the same dipody.[1]

II. The Rules of the Accent.

Pompeius begins his statement of the rules on p. 127, 12 K: Dixi duos esse accentus apud Latinos, acutum et circumflexum. Et necesse est ut in uno quoque verbo aut acutus sit aut circumflexus. Gravis vero vel cum acuto vel cum circumflexo ponitur: in reliquis syllabis, ubi non fuerit ille vel ille, ibi gravis erit. Iam modo videamus, quo modo computantur accentus. A fine, non ab initio. . . . . Si finalis non habuerit, paenultima habet; si paenultima non habuerit, tertia a fine habet. Et hoc plus non ascendit accentus, sed aut in finali est aut in paenultima aut in tertia a fine. . . . . Tres diximus a fine habere accentus: ergo tres regulae erunt; una erit regula de ultima, una de paenultima, una de tertia a fine. . . . .

Let us now compare with this the statements of other writers. Cicero (Orator XVIII, 58) had not evolved his Greek musical theory in all its details, for he has only one accent, the acute; but as far as it goes, his theory is identical with the one completely worked out and taught centuries later. Or perhaps he left its details to Varro who treats the subject at length—See FitzHugh, L. S., pp. 39–48. Quintilian (Inst. Or. I, 5, 22–24)

[1] Cf. FitzHugh, I. R., pp. 181, 182, 184, 192, 193. Professor FitzHugh has called to my attention v. 246 of the *Phormio* as an apparent exception to this principle, but this is explainable on the ground that 'praeter spem' is a unit in pronunciation.

admits the three accents and teaches by the illustrations used that the grave is found on those syllables which have neither the acute or circumflex. Cf. also Quin., Inst. Or. I, 5, 30; 31 with Cicero, Orator XVIII, 58.

Coming now to a later period, Marius Victorinus (p. 192, 15 K) gives the three accents, tells us that in every word there must be an acute or circumflex, and not more than one, while there may be more than one grave. This is in accord with Greek rules, and thus the theory, successfully launched by Cicero and Varro, obtained three centuries later. All later grammarians substantially agree.—Cf. Donatus p. 371, 2 K; Diomedes p. 431 K ad init.; Sergius de acc. [in Don.] p. 482, 9 K and 19 K; [Sergius] de acc. p. 524, 19 K; Servius c. in Don. p. 426, 10 K; Dositheus p. 377, 6 K; Martianus Capella III p. 65, 15 Eyss; Cledonius p. 31, 29 K; Pompeius p. 127, 12 K; [Priscianus] de acc. p. 519, 25 K and p. 520, 17 K; Isidorus etym. I, 18; Codex Bernensis 207 (saec. IX–X): Anecd. Helvet. p. XVIII H; Frg. de acc. e cod. Bob. (nunc Vindob. XVI) p. 142 Endl.

It will not be necessary to follow Pompeius further in his puerile rehearsal of the rules, nor indeed any of the others cited above. They all agree, and the conclusion reached above from a study of Diomedes, that he considered the Latin accentual system as a system based on that of the Greeks, but so modified and adapted as to suit the predominating stress accent of the Latin language, is applicable to all. See Diomedes p. 431, 1 K, and the remarks made thereon.

Having finished the general rules, Pompeius (p. 130, 18 K) next gives the principle for the accentuation of compound words: Modo aliquid adicit. Quodsi forte duae partes orationis sunt, unum accentum habebunt, si in unam redigantur. Ut puta *male* una pars orationis est, *sanus* una pars orationis est; sed quoniam istae non pro duabus sunt, sed pro una, incipimus dicere *malesânus*, colligimus utramque, et iam unum accentum habebunt. Quotienscumque duae partes orationis in unam colliguntur, iam quoniam pro una sunt, unum accentum habebunt, prout fuerit syllaba illa. Si dicas 'interea loci,' *interea* una pars orationis est, *loci* una pars orationis est. Quando iam sic utramque dicis, ut pro una sint, ambae partes unum habebunt accentum. Ergo duae partes orationis quando unam faciunt, necesse est ut unum accentum habeant. The other passages bearing on this subject are: Charisius p. 201, 3 K (given under Acron); Donatus p. 371, 22 K = Diomedes p. 433, 30 K; Don. ad Ter. Ad. V, 5, 7 (888); Don. ad Ter. Eun. II, 2, 24 (255); Servius ad Aen. IV, 8; Martianus Capella III p. 65, 22 Eyss; III p. 68, 15 Eyss; Cledonius p. 33, 12 K; Priscianus V, 56 p. 177, 10 H; V, 61 p. 180, 12 H; V, 66; 67 p. 183, 5 H; VI, 13 p. 205, 16 H; VIII, 88 p. 440, 2 H; XVII, 9 p. 113, 10 H; de fig. num. 21 p. 413, 11 K; [Priscianus] de acc. p. 520, 22 K; Isidorus

etym. I, 18; Alcuinus p. 2099 P; Ex cod. Bern. 83: Anecd. Helvet. p. 184, 27 H.

There is practical unanimity in these passages so that we may have no doubt as to the teaching of the grammarians in this matter. However, the two passages of Martianus Capella should be noticed, for the last seems to contradict the first. Mart. Cap. III p. 65, 22 Eyss.: Omnis igitur vox Latina simplex sive composita habet unum sonum aut acutum aut circumflexum. Duos autem acutos aut inflexos habere numquam potest, gravis vero saepe. III p. 68, 15 Eyss.: Sciendum etiam uni vocabulo accedere omnes tres accentus posse ut est *Ârgilètum*. Schoell thinks that we have here a reference to Varro's 'media.'[1]

Before leaving the rules, the accentuation of Greek loan-words should be briefly noticed. The principle generally held is that the Greek words in a Latin author which retained their Greek form and declension retained also the Greek accent, while those Greek words which became naturalized at Rome were adapted to the Latin accentuation and declension.[2] Pompeius does not discuss this, but the principle is amply substantiated by numerous passages of the grammarians, notably [Sergius], Servius, and works that have come down to us under the name of Probus. The passages are collected by Schoell in his last chapter, p. 201–215.

III. The Apparent Exceptions to the Rules.

Pompeius p. 130, 28 K: Diximus regulas accentuum. Modo videamus, quae sunt res quae corrumpunt regulas. Tres sunt tantum, distinctio, discretio, pronuntiatio; . . . . Quoniam diximus, 'distinctio corrumpit regulas,' videamus quo modo. Si male distinguas, potest errare puer et dicere 'intérea lóci' et facere inde duas partes orationis, cum debeas subter facere hyphen. Quid sit autem hyphen, dicemus postea (see p. 132, 7 K). Ergo debes hyphen deorsum facere et conectere utramque. Si dicas 'viridique in litore conspicitur sus,' potest de istis duabus unam facere. Ergo distinctio corrumpit istas regulas. The δέκα προσῳδίαι of Aristophanes of Byzantium are enumerated by Pompeius p. 132, 1 K ff. In addition to the markings for the acute, the grave, and the circumflex, and the hyphen and the diastole here mentioned under the heading of 'distinctio,' we have the long and the short, diacritical marks used in ancient times, as now, to show the 'longitudo' of the syllable; the apostrophe; and the breathings to indicate the 'crassitudo' or 'latitudo'. These markings which are given among the σημεῖα of Aris-

[1] See Schoell p. 46. Cf. the discussion of the 'media prosodia' in Ahlberg p. 6 ff.
[2] See Lindsay p. 155.

tophanes need not be discussed here, and therefore the matter of 'distinctio' may be dismissed.

Pompeius p. 131, 1 K: Item discretio potest [causa discretionis] corrumpere istas regulas, ut *ponè* et *pône*. Si dixeris *ponè*, erit praepositio; si dixeris *pône*, erit verbum imperativi modi. Ecce propter discretionem corrumpunt regulas. Quare corrumpunt? Quia diximus nullam partem esse orationis, quae in ultima parte habeat accentum, et invenimus duas, *ponè* et *pône*, *ergô* et *èrgo*. Sed non naturaliter habet illa ultima syllaba accentum, sed propter discretionem. Nam quo modo potest fieri ut ista ultima syllaba habeat accentum, cum diximus in ultima syllaba numquam inveniri posse accentum? Nam quando dicimus *ponè* [ultimam habere accentum], non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio. Item quando dicimus *ergô*, non ideo . . . . . . Item quando dicimus *ergô*, non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio propter *èrgo* coniunctionem rationalem. Ideo in ultima syllaba inveniuntur accentus. Ergo istae sunt duae partes tantum, quae causa discretionis corrumpunt regulam.

This subject, the distinction of parts of speech spelled alike by a difference of accent, is one upon which many unnecessary remarks were made by the grammarians. Almost all the *testimonia* for the accentuation of the words, *pône* and *ponè*, *èrgo* and *ergô*, coincide with the teaching of Pompeius in this passage. But the rule for *pone* is altered by the following: Martianus Capella III p. 67, 17 Eyss.—Nulla autem vox Romana duarum vel plurium syllabarum acuto sono terminatur, inflexum autem non alias postremum habet nisi cuius posterior pars in syllabam natura longam excurrit ut *ergô* et *ponê*. Cledonius p. 33, 27 K—*Nisi discretionis causa:* tunc in Latinis verbis in ultima syllaba accentus invenitur, quotiens fuerit discretio verborum separanda, ut *ergo* [ut *pone*, ideo ne verbum putetur imperativi modi], ne coniunctio intellegatur, quae *causa* significat, ut ultima producatur, in ultima circumflexum recipit. Consentius p. 347, 5 K—Sed et accentus ostendit diversam significationem unius dictionis: *pone* si verbum est, gravis est ultima; si adverbium, circumflexa.

Other traditional distinctions by accent are: the Vocative and the Genitive in words like 'Valeri,' the preposition and the adverb, the various uses of *ut* and *ne*, interrogative, relative, and indefinite pronouns, etc. Many theories have been advanced by scholars, sometimes to substantiate these distinctions, sometimes to disprove them, but the question is still open and it does not seem that we can arrive at the truth from a study of all the *testimonia*. With regard to the preposition and the adverb, Quintilian (I, 5, 25–29) seems to have approached nearer to the truth in not admitting the distinction by accent. He says that the preposition with

the following word is a unit in pronunciation pronounced under one accent, and this is confirmed by many examples from inscriptions and manuscripts where the preposition and noun are written together as one word.

This principle of *discretio* was carried to the point of absurdity in the sixth or seventh century by one Vergilius grammaticus (cf. Anecd. Helvet. p. 190, 1 H). The truth cannot be obtained from the tradition, because the *testimonia* are conflicting, but certain considerations seem to me to point to the entire absence of such *discretio*. Let us first consider a passage from Donatus (p. 387, 4 K): Sunt multae dictiones dubiae inter abverbium et nomen, ut *falso;* inter adverbium et pronomen, ut *qui;* inter adverbium et verbum, ut *pone;* inter adverbium et participium, ut *profecto;* inter adverbium et coniunctionem, ut *quando;* inter adverbium et praepositionem, ut *propter;* inter adverbium et interiectionem, ut *heu*. Horum quaedam accentu discernimus, quaedam sensu. This passage of Donatus is in accord with the general tradition, but a little farther on (p. 389, 13 K) we have the following: Sunt etiam dictiones, quas incertum est utrum coniunctiones an praepositiones an adverbia nominemus, *quae tamen omnes sensu facile dinoscuntur.*

Furthermore Q. Terentius Scaurus, an important grammarian of an earlier period (time of Hadrian), does not admit the distinction of homonyms either by accentuation or by orthography.[1] Due consideration should be given to this evidence of Scaurus on account of the comparatively early time at which he wrote, and in the words of Schoell: "In his autem omnibus illud tenendum est, si unus testis dicat quod rei consentaneum sit, id plus probare, quam vel unanimum ceterorum omnium consensum."

Pompeius p. 131, 16 K: Pronuntiatio frequenter corrumpit, ut puta *doctus*. Quae syllaba habet accentum? *Doc*, quoniam prior syllaba semper habet accentum. Ultima enim numquam habet aut in versu aut in prosa. Adde illi coniunctionem, et vides quoniam prior syllaba perdet accentum, puta 'doctúsque Palaemon'. Iam incipit non in *doc* esse accentus, sed in *tus;* ecce ultima syllaba habebit accentum. Et quae sunt partes quae additae corrumpunt regulas? Non enim omnes. . . . Et sunt istae: *ne*, quando est coniunctio, ecce habes unam; *ve*, ... ; *que*, ... ; *ce*, ... Puta *primus*, adde omnes istas partes: *primúsne* . . . . Sed forte dicas mihi 'sed positio corrumpit, non accessus istarum partium'. Etiam si positio non accederet, tamen corrumperetur accentus. Puta *Músa*, *mú* habet accentum; adde illi istas partes, et corrumpitur, *Musáne* . . . . : ecce illa quae est brevis ultima ipsa habet accentum. Et diximus quia, quando paenultima brevis

[1] Cf. Priscianus X, 57 p. 547, 2 H (given under Scaurus); Q. Terentius Scaurus de Orth. p. 25, 1 K.

fuerit, tunc tertia a fine habebit accentum; et tamen ecce corruptam invenimus. Ecce vides, in quantum valeant istae particulae, in quantum possint ut, etiam brevis si sit, id est syllaba quae naturaliter brevis est cogatur habere accentum, non naturaliter, sed causa istarum . . . .

The accentuation *Musâne Musâve* etc. given here does not seem to be correct. Of the passages where this matter is discussed, three, as indicated by examples used, are in accord with this one: Servius c. in Don. p. 427, 6 K; ad Aen. I, 116; ad Aen. X, 668. The rule is always stated as it is here, but examples like *Musâne* are not given. Cf. Varro p. 218, 8 G–S = Varro apud Martianum Cap. III p. 67, 25 Eyss. (Latiúmque, stimulóve); Diomedes p. 433, 19 K (limináque laurúsque dei, Hyrcanísve Arabísve parant, calathísve Minervae, hominésne feraéne); Priscianus partit. I, 26 p. 466, 1 K (virúmque, subiectísve, tantóne); Codex Bernensis 123: Anecd. Helvet. p. XXXIII H. (doctúsque etc.). In Priscianus V, 63 p. 181, 16 H, the accent of the feminines, *utrâque* and *plerâque*, is given on the analogy of the masculine and the neuter. Schoell[1] thinks that Priscian meant that this was a later analogical development, but it is evident from the illustrations used throughout his work that it was a grammar of classical Latin, and therefore he must have considered this analogy as operative in classical times.

Pompeius' systematic treatment of accentuation is now completed, and of the several remarks bearing on the subject scattered here and there throughout his work little discussion is necessary.

Let us look at his precept with regard to *cuias*, *nostras*, *Arpinas*, etc. (p. 205, 3 K). He enjoins the exclusive use of the original unsyncopated forms, *cuiatis* etc. (. . . . ut tollas ambiguitatem obicientis hoc, dic *cuiâtis:* nemo enim dicit *cuiatis;* per rerum naturam non potest fieri). And thereby he admits that *some* say *cuiâs*, and *per rerum naturam posse fieri.* "Ergo ad illud potius debes consentire et illud in usu habere, de quo nemo dubitat. Et illud lectum est et illud." The only passage which is in any way in accord with this one is Servius [Sergius] c. in Don. p. 435, 31 K, where the pronunciation of such words as perispomena is branded as wrong (. . . . Plerique accentum in ultima syllaba ponunt, quando dicimus *cuias;* sed prave.). The words are given as perispomena in all the other passages. See Schoell XCVII [c-f] where the *testimonia* are collected and cf. also p. 60, especially adn. 2.

Pompeius p. 255, 21 K, may be referred to the principle for the accentuation of compound words (p. 130, 18 K) already discussed under the rules; the principle of p. 279, 37 K, has been discussed under the exceptions.

[1] See p. 62.